293
Brown
D I p
18174|B
1 Ebrow

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30544609

DE VSV ARTIS ANATOMICAE
ORATIO
ANTONII COCCHII
MEDICI ET ANTIQVARII CAESARIS

EDITIO SECVNDA

CVI ACCEDVNT OBSERVATIONES

AD LITHOTOMIAM ATTINENTES
ALIAQVE
CHIRVRGIAE MONVMENTA
AVCTORE DOCTISSIMO VIRO

GVLIELMO BROMFEILD
IN AVLA

POTENTISSIMI ANGLORVM REGIS

CHIRVRGO CELEBERRIMO.



FLORENTIAE MDCCLXI.
APVD ANDREAM BONDVCCIVM.

FACVLTATE PVBLICA.

71559

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

WILLELMO · BROMFEILDIO · ANGLO

W I L L E L M I

IN · AVLA · BRITANNICI · REGIS

OB · REM · CHIRVRGICAM · SPECTATISSIMI

FILIO · INCLVTO · OPTIMAE · SPEI · IVVENI · RARO

QVI · POLITIORIS · QVOVIS · LITERATVRAE · GENERE

IN · PATRIA · EXCVLTVS

INTER · OPES · ET · DELICIAS

VBI · MORES · VRBES · ET · REGNA

VTI · BRITANNORVM · EST

VIDIT · LVSTRAVITQ. SCIENTIARVM · AVIDVS

MEDICINAE · LAVREAM · PATAVI · PRAXIN

FLORENTIAE · SVB · ANTONIO · COCCHIO

ADEPTVS · EST

OB · INGENI · PRAESTANTIAM · BONIS · ADCEPTVS

IN · CORYTANAM · ETRVSCORVM · ET

FLORENTINAM · BOTANICORVM · ACADEMIAS

PLAVSV · COOPTATVS

LVTETIAE · PARISIORVM · MODO FELICITER
COMMORANTI · AD · ARTIS EXPERIMENTA
ET · MIRACVLA · CONTEMPLANDA
TANQVAM · REGIAE · SCIENTIARVM · ACADEMIAE
SOCIO · NVPER · ELECTO · MITTIT · DEDICATQ.
ANDREAS · BONDVCCIVS · FLORENTINVS
ORATIONEM · DE · VSV · ARTIS · ANATOMICAE
GRAVISSIMI · PRAECEPTORIS · EIVS
ET · SVAVISSIMI · PATRIS · WILLELMI
AD · LITHOTOMIAN · ET · REM · CHIRVRGICAM
AB · SE · EDITA · PARERGA
PERENNE · BENEVOLENTIAE · SVAE
ET · AMICI · GLORIAE · MONVMENTVM

A. COCCHII MVGELLANI
ORATIO
DE VSV ARTIS ANATOMICAE
HABITA
IN BIBLIOTHECA INSIGNIS NOSOCOMII
S. MARIAE NOVAE.

NATVRALIS Philoſophiae partem, quae corporis humani viventis organa, inſitamque ea movendi facultatem contemplatur, & Graeco receptoque vocabulo dicitur *Anthropologia*, ad intelligendos praecipue morbos, qui manu curantur, in hoc celebri Gymnaſio tractaturus, ILLVSTRISSIME ET REVERENDISSIME PRAESVL, operae pretium duxi, nonnulla more maiorum de huius ſcientiae progreſſu, exiſtimatione apud cultas quasque gentes, ac varia utilitate praefari, tum ut adoleſcentes animum ad hoc ſtudium libentius adiungant, cuius vi-

deant laudes in hoc clariſſimorum hominum conſeſſu celebrari, tum vero ut conſilii tui ratio in promovendis medicina & chirurgia praeſtantiſſimis artibus apertius cognoſcatur. Quae dum praeſtare conabor ne expectetis, doctiſſimi Auditores, ornatam orationem, quam neque res poſtulat, neque facere ego valeo, qui iamdudum maluerim uſum medendi & mutas artes inglorius agitare, ſed diſceptationem potius, neque ſermonibus, quos deinceps habiturus ſum, inopportunam, & vobis qui eruditione & iudicio polletis, ac de cuiusque diſciplinae origine incremento conditione cognoſcendis ſolliciti eſtis, ſi fas eſt mihi tam proſpera augurari, fortaſſe non iniucundam.

Nullius ſiquidem doctrinae tam illuſtria principia apud antiquas gentes humanitatis fama praeſtantes, quam huiuſce quae vitae animaeque vim in corporibus explicare conatur, invenire eſt in vetuſtiſſimis quae ſuperſunt rerum humanarum monumentis. Clara enim de interiori hominis fabrica indicia leguntur in libris Moſis & Salomonis, quibus evincitur, Iudaeorum antiquiſſimam gentem, ut univerſam medicinam plurimi faciebat, ita & cognoſcendis morborum intimis

ſedibus non minimam curam adhibuiſſe, quod & facile iis admodum fuiſſe credibile eſt vel aliud agentibus, ob frequentiſſimas ſcilicet cruentas oblationes, quarum plerasque facere ſine accurato membrorum viſcerumque victimae delectu nefas habebant, ut ſacri etiamnunc libri teſtantur. Eademque ratione non omnino rudes Anthropologiae fuiſſe exiſtimandi ſunt quicunque eodem ritu utebantur hoſtias certo quodam modo exenterandi, vel haruſpicinae faciendae, vel ſacrarum epularum cauſſa, ſeu Chaldaei, ſeu Perſae, ſeu qui manus ſcelerare non metuebant Poeni, ſoliti, ut Ennius ait, ſuos ſacrificare puellos, eiusdemque originis & impiae religionis vel incolae noſtri, vel maiores Etruſci, & quicunque barbaricae ſapientiae laude celebrantur, quorum ſcripta vetuſtas abolevit.

De Aegyptiis res paulo certior eſſe videtur, non mediocrem ſcilicet corporis humani notitiam eſſe aſſecutos, cum & conſcripti libri anatomici, & mortuorum corpora ad ſcrutandos morbos ab ipſismet regibus diſſecta memorentur, & cum aperiendi, condiendique cadavera conſuetudo illius gentis, omnium ore iam ſit ubique pervulgata.

Cuius quidem rei & argumento eſſe poſſunt quae ab Homero & Herodoto luculentiſſimis teſtibus de Aegyptiorum medicina tam praeclara narrantur, & quod apud illos quorumdam morborum ſingulares medici fuerint, & praeſertim oculorum, quod ſine exquiſita illius organi cognitione fieri non potuiſſe nemo eſt qui non videat. Quibus & illa non levis accedit coniectura, nonnulla ſcilicet egregia penitioris medicinae dogmata ab Aegyptiis habuiſſe, qui primi Graecorum ſapientes hanc artem coluere, quae cum ceteris eorum placitis non bene reſpondeant, aliunde profecta eſſe oportet, ab ea nempe gente cui intima corporis humani non erant abſcondita, quamque vicini omnes ſcientiae adipiſcendae cauſſa ſaepiſſime adibant.

Verum obſcura haec ſunt & incerta, remotiſſimae antiquitatis caligine obvoluta, de ſtudio barbarorum ſapientum in Anthropologiam, quam novimus non ſecus ac ceteras diſciplinas, & diligentius multo excultam, & enucleatius explicatam deinceps fuiſſe a Graecis, qui & eloquentiae & ingenii laudem omnium terrarum hominibus praeripuere. Graecorum vero ut omnium longe optima, ita & antiquiſſima ſunt Homeri poemata,

mata, in quibus praeter egregiam fabulae inventionem, morumque aptiſſimam varietatem, ſententiarum pondus, ac ſingularem carminis elegantiam, nemo eſt qui non animadvertat diſciplinarum omnium quaſi ſemina, & de hominis praeſertim interiori ſtructura non illum miretur tam appoſite multis in locis locutum fuiſſe. Vulnera enim lethalia graphice deſcribit, tendinumque inſertiones indicat, immo & ligamentum vidiſſe crediderim quo hepar ſepto nectitur, & reconditos iſchiorum ſinus rotundos, quibus femorum capita artantur atque moventur. Quod ſi Empedoclis carmina etiamnunc exponerent praeclara eius reperta, non minimam illi curam fuiſſe videremus humani corporis motus atque actiones explicare, ut e paucis fragmentis quae ſuperſunt coniicere eſt, in quibus & ſubobſcura de ſanguinis motu notio deprehenditur.

Cum vero Italica quae Crotone erat medicorum ſchola graviſſimo Herodoti teſtimonio Graecis omnibus olim antecelleret, nil mirum Crotoniatem Alcmaeonem ob ſingulare in ſecandis animalibus ſtudium celebrari, & Pythagoraeis omnibus eiusdem ſcholae medicis diſquiſitiones anatomicas plurimum

rimum

rimum arriſiſſe, quarum nonnulla veſtigia exhibet Timaei Locri libellus, e magno illo vetuſtae Philoſophiae naufragio ſervatus. Timaei vero non ultima laus cenſenda eſt, quod Plato, ut ferunt, eius cognoſcendi gratia in Italiam venerit, & ab eo multa didicerit, vel maxime quod hunc quaſi archetypum in phyſicis rebus explicandis ſibi propoſuerit, & eius nomine celebrem illum ſuum de univerſitate dialogum inſcripſerit. Cuius quidem dialogi non minima pars in hominis fabricatione perſpicienda abſumitur, & ſentiendi & movendi viribus explicandis, ubi etſi vir divinus in nonnullis erraverit, excuſandus tamen videtur cum & Democritus & ipſe medicorum coryphaeus Hippocrates, & qui Aeſculapii filii vocabantur, non multum meliora protulerint. Laudanda clarorum virorum voluntas, & conatus in re adeo multiplici, & innumeris difficultatibus impedita, magna animi contentione imitandi ſunt.

Id illa aetate omnium optime feciſſe ſcimus Ariſtotelem admirabilis ingenii virum, qui a Machaone genus ducens, & nobilis medici filius, medicinae ſtudia ſemper excoluit, cuius etiam artis amore, ut refert Plutarchus

rarchus, Alexandrum ſua conſuetudine imbuit. Quare inflammatus magnus ille Rex animalium naturas noſcendi, hanc commentationem delegavit Ariſtoteli, qui praeclara illa volumina condidit, quae ad nos pervenere, multis iisque non vulgaribus inventis referta; & fama eſt etiam anatomas data opera ab eo conſcriptas, quae temporum iniuria perierunt. Non me latet, Auditores, multa in Ariſtotelis doctrina de hominis natura reprehendi poſſe, cum ſola praeſertim, ut ipſemet ingenue fatetur, analogia uſus fuerit a ſimilium brutorum ſectione ad interiores hominis partes, quas penitus ignotas vocat, explicandas. Verum nemo, qui non ſit plane rudis, inficias ibit, multa quoque in eius ſcriptis utilia paucisque animadverſa reperiri, quae ab iis, qui nunquam verſant exemplaria Graeca, ſaepe non ſine laude novitatis excipiuntur.

Longe felicior in promovenda humanae naturae doctrina fuit Ariſtotelis ex filia nepos Eraſiſtratus, utpote cui primo Graecorum licuit hominum viſcera perſcrutari. Fatendum enim eſt antiquioribus ſuae gentis hominibus, & vicinis fortaſſe omnibus, mortuorum lacerationem impiam viſam fuiſſe, vel

foe-

foedam. Aegyptii quippe ipſi, qui minus cadaverum contrectationem execrabantur, eum tamen pollincturae miniſtrum, qui ſectionem auſpicabatur abdomen aperiens, & odio & deſpectui habebant, ut narrat Diodorus, cum ceteros honorarent qui viſcera reſecabant lavabant & illinebant. Et qui veterum libris delectantur, animadverterunt, ni fallor, animis hominum ubique inſediſſe ab antiquiſſimis usque temporibus tantam erga deos, quos dicebant Manes, reverentiam, ut licet eorum iura ſancta eſſe legum latores ſtatuerint, ſumtus tamen & luctum ab iis removere vel minuere neceſſarium duxerint.

Nec multum ſane eae rationes profecerunt, quas Plato acute & eleganter, ut ſolet, ultimo libro legum expoſuit, ut viventes liberaret a nimia erga defunctorum corpora ſollicitudine, quae & idola mera, & carnis maſſas, & terreſtres exanimes cippos veriſſime appellat, quaeque nihil prorſus conſanguineos pertineant, qui diem ſuum obiere, quibusque opitulari eſt animus. Quae quidem de animi & corporis diverſa natura, & per interitum ſeparatione luculenter a Platone explicata, ut ſint ſapientibus ad intelligendum facillima, vulgo tamen adeo videbantur

bantur ab humanitate remota, ut non tam religione abſterrerentur a perſcrutandis mortuorum viſceribus, quam quod iniuriam eo modo illis fieri putarent, quos ſibi perſuadere vix poterant iam civitatem exuiſſe, vel ſua corpora non curare.

Hinc factum eſſe putaverim ut cum Eraſiſtratus Antiochi Regis Syriae animum fortaſſe ob conciliatas illi Stratonicae nuptias mirum in modum ſibi devinxerit, ſingulari comitate & prudentia omnium ore celebrata, ab eo demum obtinuerit, ut hominum nocentium corpora, qui iura omnia ſocietatis amiſerant, quocumque modo libuiſſet, incidendi facultas eſſet. Eademque aetate, atque in vicina Aegypto cum uterque Ptolemaeus Lagi filius & Philadelphus diſciplinis omnibus impenſe faverent, claroſque doctrina viros undique convocarent, Herophilus Chalcedonius Alexandriae medicinam factitabat, qui & ingenio & ſolertia antiquiores medicos omnes ſuperaſſe videtur. Is cupidine flagrans humani corporis penitus cognoſcendi, cuius valetudinis & ſervandae & reſtituendae egregius artifex habebatur, praeter innumera animalia, complura itidem damnatorum hominum corpora Regum eorumdem indul-

gentia diſſecuit. Fieri enim alio modo non poterat, ut vaſa chylifera videret, & ſcienter & peritiſſime diceret perquam raro in hominibus, non raro autem in brutis iecur in ſiniſtra parte deprehendi, quod in hoc ipſo gymnaſio, ubi quamplurima cadavera quotannis aperiuntur, ſemel dumtaxat mea memoria obſervatum eſt.

Non diſſimulabo, Auditores, male apud nonnullos audire Eraſiſtratum atque Herophilum quaſi nocentes illos homines non ſine dirae crudelitatis crimine vivos inciderint. Quod ſi vere fecerunt, merito vituperandos fuiſſe cenſeo, quod cum ſcelere curioſi exitium aliquibus atrociſſimum attulerint, quos eſſe praeſidio cunctis oportebat. Sed cum Epicharmi celebre dictum teneam, nervos atque artus eſſe ſapientiae non temere credere, dicam libere quod ſentio, damnatorum corpora a nobiliſſimis illis medicis fuiſſe diſſecta, poſtquam ſcilicet eos carnifex enecaſſet, & ex hominibus cadavera feciſſet, ut noſtra etiam aetate publicis in ſcholis fieri conſuevit. Cum vero id eſſet omnino inſolens, & vulgo videretur etiam inhumanum, nil mirum ſi rumor inde ſiniſter emanavit de utriusque ſolertiſſimi medici crude-

litate

litate; quem rumorem, ut plerumque praevalent peiora, multi avidiſſime crediderunt, non ſecus ac noſtrorum avorum memoria eadem, immo & iniquiori falſa criminatione inſimulatos fuiſſe ſcimus & Bonarotam, & Carpum, & Veſalium ſaeculi ſui ornamenta. Neſcio enim quo malo fato medicina, quae ſanitatem promittit, qua nihil eſſe debet homini carius, nonnullos omni aetate obtrectatores nacta eſt, praeclaros ceteroquin viros, qui nimium ad male dicendum arti praeſtantiſſimae & ſalutari ſe proclives oſtenderunt, acerbe ferentes, ni fallor, quod non aeque liceat morbis omnibus mederi, & quod vel invita medicina via leti ſemel calcanda ſit.

Hinc Empiricorum illae quaerelae de inani & ſubtiliori medicinae ſtudio; hinc perpetuae atque acres accuſationes in veterum praeſertim Romanorum libris obviae, quas ſupervacaneum eſt, & pudet refellere. Huiusmodi & illa Ciceronis eſſe videtur, aperuiſſe ſcilicet medicos corpora ut viderentur ea noſſe; ipſorum enim intererat, nec eo tamen, ut aiebant Empirici, notiora fuiſſe illa, quia poſſit fieri ut patefacta & detecta mutentur. Quibus quidem verbis in-

nuitur fortaſſe haec ipſa, de qua loquebamur, Eraſiſtrati & Herophili humanorum viſcerum conſideratio, quam dum Celſus quoque memorat, & in vivis hominibus factam fuiſſe dicit, vereor ne nimium credulus Empiricorum ſermones, ut facere ſaepe ſolet, retulerit, cum praeſertim eius aetati proximus neque ſordidus auctor Quintilianus, qui ſcripta eius omnia viderat, ſuſpicionem nobis iniecerit de mediocri illius ingenio, & de collectis aliunde medicinae praeceptis, praeclaris illis quidem & oppido bonis, quam ab artis ipſius exercitatione, a qua Romanum hominem ſe abſtinuiſſe, & credibile eſt, & revera iis, qui clinicam callent, multis ex locis apertiſſime patet. De Eraſiſtrato quidem res eſſe videtur extra omnem dubitationis aleam, non niſi mortuorum corpora ſecuiſſe; cum enim falſae & abſurdae illius ſententiae auctor fuiſſe perhibeatur, cuius cauſa ludibrio etiam ſe minoribus fuit, ſanguinem ſcilicet non contineri neque ineſſe in arteriis, idque in ſolis cadaveribus obtineat, quis non videt ſolam cadaverum obſervationem errandi anſam egregio viro praebuiſſe?

Praeter Celſum vero meminit anatomes in vivis ab Herophilo perpetratae Tertullianus, cuius viri teſtimonium graviſſimae in aliis rebus auctoritatis, de hoc facto non magni faciendum putaverim, quod ab eius aetate longiſſime abeſt, & eſt de re, cuius ille erat minime ſollicitus, quamque declamatorio ſtilo exaggeraſſe videtur. Neque ad confirmandam vivorum reſectionem a medicis aliquando adhibitam, multum facere crediderim quae a Theophane de Conſtantino Leonis Iſaurii filio imperatore narrantur, qui medicos ad quendam damnatum, iamque manibus pedibusque truncatum adduci voluit, ut dum vivo alvus atque praecordia inciderentur, omne viſcus in eorum conſpectum veniret. Quae Theophanis narratio, apud quem, ſi vera fas eſt dicere, ſubinviſum fuit Conſtantini nomen, in hiſtoriam quam vocant miſcellam translata & perverſa, ut pleraque illius ſunt, non neminem in errorem induxit, qui crudelem medicorum conſuetudinem inde evincere conatus eſt. Eoque magis ſuſpicari licet paucos hoſce vivorum ſectionis aſſertores, cuius medici inſimulantur, aliqua fallacia deceptos fuiſſe, quod altum ea de re ſilentium apud reli-

quos

quos omnes antiquos ſcriptores ſit, quorum etiam id memoraſſe intererat, praecipueque Plinium atque Galenum, qui copia & multiplicitate ceteros facile ſuperant. Recentiorum vero & plerumque vulgaris doctrinae hominum auctoritatem nihili faciendam cenſeo, apud quos & Celſi & Tertulliani verba vel millies repetita invenire eſt, nullis coniecturis nullisque rationibus, ſed conviciis tantum erga difficillimam atque immerentem artem locupletata.

Magnorum ergo Regum, ut eo redeat unde aberravit oratio, Antiochi & Ptolemaei clementiae, & illuſtrium medicorum Eraſiſtrati atque Herophili ſedulitati, humanae naturae doctrina debet quod ante viginti ſaecula oculis manibusque ex ipſius humani corporis perſcrutatione comparari coeperit, quod ſcientiae omnis longe optimum eſt principium & fons. Hinc certe primum manarunt quae medicis magno deinde auxilio fuere veriora dogmata ad morbos ſeu curandos, ſeu deploratos non attingendos, praecipueque ad chirurgica opera praeſtanda, quorum pleraeque adminiſtrationes ab eo tempore Graecis adinventae quaſi per manus traditae ad nos usque pervenere. Quod autem me-

medici inſequentes cadavera hominum ſecare denuo neglexerint, id non eorum ſocordia factum fuiſſe credendum eſt, ſed ob regum & populorum repugnantem religionis vel iuſtitiae cauſa voluntatem. Nam poſt Ptolemaei Philadelphi aetatem invaluiſſe videtur apud Graecos conſuetudo, quam & Romanos Graecorum in omnibus aemulos obſervaſſe novimus, non negandi corpora eorum, qui capite damnabantur, cognatis ipſorum, vel dandi ea quibuslibet petentibus ad ſepulturam, immo & ſepeliendi non aliter quam ſi petitum & permiſſum ſit, ut e commentariis divi Auguſti refert Vlpianus, & ut Paulus faciendum eſſe putavit.

Qua conſuetudine, quae humanitatis plurimum habere videtur, nihil unquam potuit medicorum ſtudiis atque adeo ipſi hominum incolumitati magis adverſum atque nocentius obtingere. Oportuit enim illos ſola oſſium humanorum compagine contentos eſſe, quae in ſchola Alexandrina praeteritarum fortaſſe ſectionum reliquiae oſtendebantur, huiusque ſpectaculi cauſſa in Aegyptum navigare, vel fortuita per vulnus interiorum vivi hominis partium obſervatione uti, quam traumaticam anatomen vocavere, vel denique ſola bru-

brutorum viſcera inſpicere, ut ex Rufi teſtimonio & querela, & ex innumeris Galeni locis colligere eſt. Ideoque nemini mirum eſſe debet ſi nulla exempla diſſectorum hominum in tot veterum ſcriptis poſt Herophilum occurrant, praeter unum aut alterum vel hoſtis in bello caeſi, vel mortui infantis expoſiti, quos nimia quoque cum feſtinatione & quaſi meticuloſe diſſectos fuiſſe animadvertimus. Non ideo tamen ignavos fuiſſe putandum eſt in perquirenda hominis natura clariſſimos illos medicos, qui deinceps vel in Graecia, vel in urbe Roma totius orbis celeberrima ingenii laude, atque artis peritia floruerunt. Solerter enim in hoc ſtudium incubuiſſe oſtendunt tum eorum chirurgica facta, tum praecepta quaedam & certa & ſalutaria, quae ex eorum fragmentis erui poſſunt, tum libri qui ab ipſis conſcripti memorantur. Adeo ut credibile ſit hac parte ſapientiae excelluiſſe Aſclepiadem, Muſam, Archigenem, Soranum, Marinum, quorum maxime ſcripta periiſſe dolemus. Rufi autem & Celſi diligentia in recenſendis humani corporis partibus, Aretaei & Aureliani in indagandis morborum cauſſis & locis admirabilis ſagacitas, cui non perſua-

deat

deat, certiſſimam eos exiſtimaſſe ſanitatis reſtituendae methodum hominis cognitionem? Adeo ut ſi Empiricos, quibus difficilior omnis perſcrutatio fuit inviſa, & nonnullos fortaſſe male dialecticos diſciplinarum omnium irriſores excipiamus, neminem ex antiquis nominare liceat, qui genus hoc ſcientiae non maximi fecerit.

Cuius quidem ſtudio aequales ſuos omnes viciſſe conſtat Galenum, qui licet hominem numquam ſecuiſſe videatur, ita tamen diligenter ſuperiorum libros excuſſit, & quae caſus obtulit vel mortuorum oſſa, vel vivorum vulnera inſpexit, & animantium tam frequentes & privatim & publice ſectiones adminiſtravit, ut poſteris ſuis ſpem paene omnem per multa ſaecula aliquid arti difficillimae adiiciendi praeripuerit. Hanc ille ornate adeo & copioſe pertractavit, ut ſuae gentis homines, apud quos literarum ſtudia paulo diutius utcunque ſtetere, in ſolis eius libris haberent, unde res huiusmodi aliquatenus cognoſcendi deſiderio ſatisfacerent; immo praecipua huius doctrinae capita ab ipſo hauſta vel decies repetita obſervare eſt in ſcriptis medicorum, qui ſunt illum proxime inſecuti. Neque medicos tan-

D tum

tum ea cura inceſſit infelicibus illis temporibus ad barbariem vergentibus, ſed theologi praeſertim valde ſunt eo ſtudio delectati, ut Gregorius Nyſſenus, Meletius, Theophilus, & aliis hac in re praeſtantior Nemeſius Emiſenus, quorum etiamnunc elegantes libelli de hominis natura & opificio leguntur.

Cum autem res Aſiae atque Europae, ab auſtralibus illic, a borealibus hic barbaris funditus everſae fuiſſent, & gymnaſia ubique deleta, desiit Alexandrina medicorum ſchola, quae tot ſaeculis primas toto orbe obtinuerat, & refertiſſimae bibliothecae libri omnes diſperſi fuerunt, ut narrat Abulpharagius, ad calefacienda Alexandriae balnea, & ſemeſtri ſpatio combuſti. Quare genus humanum ab eo ſaeculo in imum ignorantiae barathrum delapſum eſt, paucis tantummodo literarum veſtigiis remanentibus apud Graecos & apud Latinos literatores per Occidentis terras in agris & ſilvis religioſisque locis abditos atque palantes. Nec multum auxilii ut emergerent attulere ipſi Arabum principes, qui ob guſtatam deinde Graecorum ſapientiam, diiectas diſciplinas omnes reſtituere conati ſunt. Vix enim pauca a Graecis translata delibaſſe videntur Ara-

bes.

bes ſcriptores philoſophiam ſpectantia; dialecticorum vero tricis impliciti, & nugacibus quibusdam religionibus impediti, humanae naturae doctrinam excolere nequiverunt. Fatendum tamen eſt in tantis tenebris eos vidiſſe huius ſcientiae praeſtantiam, quam nonnunquam queruntur experimentis aſſequi non poſſe, cum ceteroquin & medicinam & chirurgiam maximi fecerint, neque contemnendis corollariis ditaverint.

Paulo felicius res ceſſit Italis noſtris, qui cum diſciplinas omnes & Latinum ſermonem ipſum ob frequentes barbarorum depopulationes paene intercidiſſe viderent, prudentiſſimo conſilio publica gymnaſia in variis Italiae urbibus condidere, ubi ſapientiae profeſſores, quos optimos quisque nanciſci poterat, undique advocati ſunt, ut cunctas quas colligere licebat veteris doctrinae reliquias ſuis adoleſcentibus traderent, quae tanquam ſemina fertili humo commiſſa & diligenter exculta, poſt paucas aetates in omne genus ſolidioris ſcientiae crevere. In primis fuiſſe videmus diſciplinas omnes medico neceſſarias, quas etſi protinus non e Graecis fontibus haurire, ſed ex Arabicis rivulis lutulentas excipere neceſſe fuerit; grande

C 2 ta-

tamen facinus ante quadringentos annos primi mortalium maiores noſtri aggreſſi ſunt, corpora ſcilicet punitorum hominum apertiſſime & publice in ſcholis ſecanda & oſtendenda eſſe perpetua lege ſanxerunt.

Cuius quidem exempli gloria merito celebrandi ſunt Bononienſes, apud quos primus Italorum Mundinus anatomicum librum humanis inſpectis cadaveribus conſcripſit. Fuere haec tamen levia doctrinae de homine primordia, ſi cum ſtudiis compararentur quae ducentos fere poſt annos quamplurimi egregii viri in Italia ad hanc rem contulere. Cum primum invaluiſſe videtur omnium optima conſuetudo, corpora quaecunque hominum haberi poterant, vel etiam morbo defunctorum incidendi, quoniam in tanta & philoſophiae & Chriſtianae ſapientiae claritate nullus id prohibere poterat iniuriae faciundae metus iis, qui iam cives eſſe deſierant, nullaque religio fabularum manium absterrere, quae res antiquis ad cognitionem impedimento maxime fuerant.

Nova haec incidendi licentia ante annos paulo plus ducentos coepta, mirum profecto in quam magnum bonum tam cito evaſerit. Huic quippe debemus certas de

abdi-

abditis morborum cauſſis obſervationes, quarum primus omnium, ni fallor, exempla elegantiſſime deſcripſit popularis noſter Antonius Benivenius, quem plurimi deinde ſunt imitati. Neque aliunde orta eſt liberalis illa audacia, qua noſtri homines medicorum ingenia a veterum erroribus aſſeruere, excuſſa auctoritate cuiuscunque magiſtri, ubi contra res ipſa loquitur. Hinc veriores & ſuis numeris & partibus expletae deſcriptiones, quae nonnunquam occurrunt in maiorum noſtrorum libris, ut Carpi, Columbi, Falloppii, Arantii, Euſtachii, & Veſalii, ſi fas tamen eſt noſtrum hunc appellare, cui cadaverum ſecandorum copia primum apud nos libere fuit, & plures annos in celeberrimis Italiae gymnaſiis multo cum plauſu docuit. Hinc ad vivum effictae, nitidiſſimae, & veris ſimillimae imagines, ut pleraeque ipſius Veſalii, Caſſerii & Fabricii, & quae ſunt in magna hominum admiratione diligentiſſimi Euſtachii.

Neque ſine illa cadaverum ſcrutandorum facultate credibile eſt, Columbum, & Caeſalpinum, veram cordis & canalium adiunctorum fabricam & uſum, ſanguinis ſcilicet tranſitum per pulmonem, videre atque in-

intelligere potuiſſe, quae ad celeberrimum illud de ſanguinis circulatione inventum viam deinde faciliorem ſtravere. Cuius gloriam etſi homini Britanno libenter concedamus, qui eam ex omni parte patentem, atque apertam fecit, & quae inde ſequuntur ad hominis atque animantium vitam, naturamque intelligendam planiſſime explicavit; non mediocris tamen Italiae laus putanda eſt, ipſumque Harvaeum & qui ad exteras nationes hanc ſcientiam primi attulerunt, fere omnes noſtris in terris diu advenas atque hoſpites diſcendi cauſſa fuiſſe.

Ac tanto deinde cognoſcendae humanae fabricae ſtudio flagraſſe cultiſſimas quasque Europae gentes videmus, ut nullus fere locus ſit aut celebritate & opibus, aut doctrinae laude inſignis, qui praeclaro aliquo anatomico invento hodie non glorietur. Praeter enim Britannos, quibus feliciſſimum illud omnium debetur, merito ſe extollit Gallia ob monſtratum verum chyli ingreſſum in ſanguinis iter, atque ita liberatam ab errore vetuſtiſſimo medicinam. Septentrionalium regionum accolae ſibi tribui gaudent detectum tenuiſſimarum venarum genus, antea non viſum, quas lymphaticas appellant,

qui-

quibus ignoratis, intelligi nullo modo poterat univerſus humorum circuitus. Cui vero non laudata Batavorum induſtria, qui primi cavos canales corporis colorato liquore vel cera opplere mirabili artificio didicerunt, unde vaſorum minutiſſimae propagines in conſpectum venere, viſcerumque & glandularum recondita ſtructura, circa quam tot ſaeculorum ſagaciſſimi artifices allucinati ſunt, noſtro demum apertiſſime innotuit? Quae partium corporis humani elegantiſſimae conditurae, in diſſitas terras aſportatae, occaſionem dedere & Scythis & Sarmatis anatomes ſtudium ſuſcipiendi, unde conſcriptos apud eas gentes, ſola quondam feritate celebratas, anatomicos libellos, longo itinere ad nos nuper advectos, non ſine magna oblectatione perlegimus.

Neque in tanta ingeniorum aemulatione Italorum animos incitatos non fuiſſe credendum eſt, vel non habere quod ſibi plaudere poſſint. Venas certe chyliferas, quas fruſtra vidiſſe novimus antiquos, primus omnium vidit & intellexit Aſellius, qui etſi fines earum non bene perſecutus fuerit, ea tamen eſt illius inventi utilitas, ut ſua magna laude auctor fraudandus non ſit.

Sed

Sed quis de humanae naturae doctrina non optime meritos agnoſcat Borellium atque Bellinium, qui acutiſſimas rationes a penitiori philoſophia deſumtas, primi omnium ad explicandas vivi corporis actiones & motus ingenioſe adhibuerunt?

Quamcumque vero laudem ſuperare videtur mirabilis illa ac paene divina Malpighii facultas, abſtruſiora omnia naturae intime indagandi & perfectiſſime deſcribendi. Hic primus non ſolum praecipua vitae organa in ſuas partes reſoluta & diviſa patefecit, ſed quod plurimi faciendum eſt, poſteros omnes ſuo exemplo docuit in omni naturali hiſtoria a ficto verum ſecernere. Hic ſimplicem atque unam, eamque perpetuis Mechanices legibus obſtrictam methodum naturae in corporum viventium actionibus obeundis innumeris experimentis detexit & explicavit, & longe diſſitas olim plantarum atque omnis generis animalium & humani corporis obſervationes feliciſſime iunxit, mutuamque ſibi lucem afferre, atque in eundem ſcopum collineare oſtendit.

Verum aetas haec noſtra praeteritas omnes facile ſuperat in excolenda hac iucundiſsima naturalis philoſophiae parte, quae cul-

collatis tot gentium ſtudiis iam eſt eam amplitudinem conſecuta, atque adeo certis experimentis innititur, ut omnium ſapientum animos valeat allicere. Nemo enim eſt qui non videat veritatem ſui ipſius cauſſa expetendam eſſe, cum nihil tam conducat ad abolendam ſtultitiam, & errores ex animis hominum eruendos, quam res plurimas, cuiuscumque generis illae ſint, certo cognoſcere. Nam vel perfunctorie univerſitatem hanc contemplanti patebit, res cunctas perpetuo quodam nexu inter ſe iungi, ut nihil aliud veritas eſſe poſſit, quam rerum ipſa natura. Quam ob rem cum duo ſumma corporum genera philoſophorum contemplationi obiiciantur, viventia ſcilicet, & vitae expertia, nemo qui non ſit plane hebes factum ſatis eſſe putaverit, ſi motus omnes, qui maſſas materiei inertes cient, propagatos & a perenni una & ignotae naturae cauſſa oriundos animadvertat, ſeu gravitas illa ſeu mutuus impetus dicatur, niſi ſimul motus alterum principium omnino diverſum, in corporibus viventibus agnoſcat, quod gravitatis legibus minime obtemperare videtur. Cuius principii cum unusquisque noſtrum inſitam ſibi vim perpetuo ſentiat, qua vivimus cogitamus

atque movemur, nonne eum, qui recte philoſophari velit, oportebit ſui ipſius corporis partes, quae organa & inſtrumenta vitae atque animae ſunt, exactiſſime cognoſcere, ut virtutem, quae illa movet, facillimo negotio valeat frequentiſſimo certoque experimento metiri, ceterorumque deinde animalium & plantarum corpora mechanica quadam & mirabili ratione, vitae viribus mota apertius & iucundiſſime intelligere? Eaque de cauſſa corporis humani contemplatio philoſophis praeterea debet eſſe cariſſima, quod neque res alias intelligendi recte ſpes ulla eſſe poſſit, niſi prius ſenſuum noſtrorum organa perluſtrentur, unde ſcientiam omnem primum proficiſci neceſſe eſt. Ideoque, ni fallor, qui veterem philoſophandi rationem avorum noſtrorum memoria magna ex parte mutarunt, & luculentae, qua nunc fruimur, phyſicae diſciplinae viam ſtravere, oculorum praecipue fabricam ante omnia ſibi diligentiſſime cognoſcendam eſſe putarunt, ſine qua nec lucis phaenomena explicari poſſunt, nec certo cognoſci fideles rerum imagines, quae inde animis imprimuntur.

Quanti vero ponderis ſit corporis humani notitia, Platoni & Tullio uſurpata in prae-

praeclara illa quaeſtione de natura deorum, quod argumenti genus ſanctis quoque theologis mirum in modum placuiſſe videmus, ii melius norunt qui ſublimia illa docent, ut iuris conſulti vident quae commoda praeſtare poſſit iis qui publica auctoritate civium delicta cognoſcunt. Neque privatim moderandis uniuſcuiusque moribus parum conferre poſſunt ſemina illa continentiae & temperantiae, quae frequens corporum reſectio ſuppeditat eorum hominum, quos vel vulgivaga Venus, vel maleſuada cupediarum ingluvies iugulavit. Vident profecto ſoli anatomes *ſtudioſi* quam levi principio vel infirma valetudo, vel graviſſimi plerumque morbi oriantur, & quam facile ſaepe vitari poſſint ſi boni ſerventur mores, quos ſcilicet neque deſidia neque luxuria vitiaverit. Cum autem nemini melius pateat quam certa ſit cito moriendi neceſſitas, & intima corporis quam caduca, adeo ut neque imbelles nec delicatuli valeant effugere aut ſenium aut quae nos undique fata circumſtant, facile crediderim ex hoc ſpectaculo bonos & fortes fieri adoleſcentes, ut mortem etiam contemnant, in quo ſumma virtus hominum ſita eſt. Et quoniam vita brevis ſpem

nimis longam inchoare nos vetat, nemo videt apertius quam ſit delirio ſimilis inexplebilis illa pecuniae colligendae libido, qua nonnullorum, qui parum erant anatomici, avida ingenia laboraſſe novimus, quaſi ſe crederent nonniſi poſt aliquot ſaecula morituros, nullumque finem eſſe debere parandi praeſidia vitae diuturnae. Nonne putatis, auditores, vitae humanae cognitionem, quae a tot fragilium machinarum leviſſimo motu pendet, crebramque adeo mortalitatis recordationem, quemcunque ſanae mentis absterrere poſſe a ridicula avaritia, quae homines ceteroquin probos, inhoſpitales & acerbos reddit, & bonas artes omnes ſubvertit?

Igitur ut univerſim politioribus hominibus & ad augendam ſcientiam, & ad mores temperandos, opportuna eſt corporis humani exquiſita cognitio, ita quorundam praeſertim artificum facultas ea maxime creſcit. De ſculptoribus & pictoribus id ſuo exemplo oſtenderunt quicumque earum artium praeſtantia celebrantur; medicis vero, quibus ſanitatem civium tueri & reſtituere propoſitum eſt, prorſus neceſſaria ab omnibus aetatum omnium ſapientibus habita fuit. Quotus enim quisque eſt qui temeritatem artificis

ficis non improbet ſi machinam, cuius partes organicas, earumque nexum & vim privatam penitus ignoret, caſu quodam labefactatam reficere aggrediatur? Eoque magis ſi illa fuerit quantivis pretii, & exilibus fragilibusque membris, & irreparabili damno obnoxiis contexta. Quare ſtultiſſima Empiricorum natio, qui maximo etiamnunc univerſi hominum generis detrimento, corporis humani cognitionem revera difficilem veluti ſupervacaneam damnare non verentur, nullo modo vobis, qui ſapitis, fraudem imponere debet, ſed potius praeclaris medicis noſtris auctoribus, qui civitatem hanc ornant, quorumque aliquot hic adeſſe magno meo honori duco, exiſtimate auditores non aliunde proficiſci, ſi quae ſunt quae arti noſtrae vitio verti merito poſſint, quam ex nondum penitus explorata hominis natura. Neque putate quaecumque irrita anilia foeda ac ridicula remedia a medicorum filiis aliquando adhibita fuere, nec quae valida mechanica & multarum gentium uſu comprobata pueriliter timentur, ab aliis quam ab imperitis anatomicarum disquiſitionum vel inventa fuiſſe vel exploſa. Sed omnium maxime anatomes auxlium ea poſtulat medicinae pars, quae

ma-

manu curat, vetuſtiſſima magnaque ingeniorum contentione omnibus ſaeculis exculta, cuius effectus cum ſit evidentiſsimus ceteris medicinae partibus, quae reconditis quidem, ſed tamen ſimilibus morbis ſuccurrunt, optima praebere poteſt fundamenta, ideoque ante alias ordine non perturbato addiſcenda eſt. Cum autem chirurgus aut vulnus accipiat aut faciat, & quae ad oſſa pertinent adhibita plerumque vi perficiat, nemo tam ſtolidus eſſe poteſt, qui neget omnium vel minutiſsimarum corporis partium chirurgum eſſe peritiſſimum oportere.

Quae cum ita ſe habeant, intelligitis auditores qua nam laude donandus ſit vir eximius, qui poſtquam a SERENISS. MAGNO DVCE IOANNE GASTONE clementiſſimo principe, curator huius valetudinarii praefectus eſt, nihil potius habuit quam medicinae, & chirurgiae ſtudia, quibus rebus maxime indigent, adiuvare. Senſit enim ut eſt ingenio & beneficentia praeſtantiſſimus locum hunc, qui collatis privatorum opibus & principum patrocinio in hanc amplitudinem excrevit, ut pauperibus aegrotis non ſolum urbanae plebis, ſed ruſticanae quoque, & advenis excipiendis & integre curandis ſuf-

ſufficiat, non poſſe aeque omnium ordinum civibus, divitibus ſcilicet etiam & primoribus opitulari, & ipſius urbis gloriam extendere, niſi ex hoc quaſi ſeminario ſalutarium artium, medici & chirurgi quam optimi & experientiſſimi prodeant. Vidit autem omni ipſe doctrina eruditus id fore facillimum ſi medicis liceret morborum veras cauſſas in corporibus diſſectis inveſtigare, quorum hic copia eſt, cum ſint alibi rariſſima, & obſervationes ſibi peculiares conſcribere, quo nihil eſt neque certius neque expeditius ad perfectam artis cognitionem adipiſcendam. Chirurgorum vero adoleſcentium animis, quorum hic celeberrimum gymnaſium eſt, numquam ſatis inculcari poſſe morborum ſedes, qui manu curari debent, quaeque partes tuto ſecari nequeant, oſſiumque poſitus & figurae, quibus ubi iniuria acceſſit, non aliunde auxilium expectare fas eſt, quam a perita chirurgi manu. Quare prudentiſsime voluit ut medicorum cuique facultas eſſet ea corpora perſcrutandi, quae viva ſervari non potuerunt, & clariſsimis Profeſſoribus, qui iuventutem hanc erudiendo tam bene de univerſa civitate promerentur, a Sereniſsimo Magno Duce impetravit

ut

ut & ego multo cum meo honore iuberer, meam, qualis eacumque ſit, induſtriam adiicere.

Quod ego non modo facile patior, ſed maxime gaudeo hanc praeclaram atque amplam mihi occaſionem dari ea ſtudia renovandi, quae ab ineunte aetate plurimum amavi, hortatu praecipue doctiſsimi praeceptoris *Thomae Puccinii*, quem ex hoc ipſo loco ſplendidam de huiusmodi rebus orationem habentem aliquando audiviſtis, qui mihi multisque bonis maxime flebilis, tam cito contra ſpem ereptus eſt. Et clariſsimorum quoque virorum fama non minimum incenſus fui, quorum nonnullos veterum exemplo adivi, quibusque me vel magiſtris vel amicis uſum eſſe, vel tantummodo collocutum, ut vera fatear, haud parum glorior. Eoque magis quod eorum immortalia ſcripta videam in multa admiratione noſtrorum etiam hominum eſſe. Cur hic honoris cauſa non mihi nominandi ſint Verneius, qui Pecquetum audiviſſe memorabat, Freindius, Ruyſchius, Meadius, & Boerhavius? quibus cum ego conſilium aperuerim de edendis celebribus illis Graecorum chirurgorum libris ex antiquiſsima & optima bibliotheca Medicea, quod a Bartholinio & Tollio fru-

ſtra

ſtra tentatum antea fuerat, tantam ex illorum cohortationibus alacritatem cepi, ut omnia inde anecdota ad eam rem facientia iam exſcripſerim, quae vel longius premere, vel imperfecte admodum edere opus fuiſſet, niſi opportuniſsima haec occaſio mihi data eſſet antiquorum illa praecepta ex ipſa veritate, id eſt oculata obſervatione illuſtrandi.

Quod factum non modo probavit SERENISSIMA ELECTRIX & princeps piiſsima Magni Ducis ſoror, ſed ea qua eſt clementia & erga literas & bonas artes omnes benignitate, antiquo regiae ſuae Gentis more etiam ſuaſit, cui me meaque plurimum debere & hoc nomine & aliis multis ſumma cum veneratione & animo gratiſsimo fateor. Cum vero id, quod mihi aſsignaſti muneris, *Moderator ampliſſime*, non minus commode ſtudiis meis ceſſurum ſperem, quam conſilio a te ſapientiſsime ſuſcepto inſerviturum, maximas tibi gratias & ago & habeo, & voluntati huic tuae de promovenda medicina & chirurgia, omni animi impetu me ſemper obſecuturum polliceor. Quicumque igitur aggredi velit, auditores optimi, ad antiquiſsimam atque omnium gentium ſtudiis iam paene perfectam naturalis

philoſophiae partem, quae hominis cognitionem ex ipſa corporis contemplatione & experimentis tutiſsime tradit, aliis quidem diſciplinis opportunam, ſanitatis vero humanae praeſidibus artibus medicinae & chirurgiae maxime neceſſariam, is ſciat me facilem comitem ſibi more Socratico habiturum in eruenda ex ipſis rebus veritate. In quo operoſo negotio expediendo ſi quid ſcientiae deerit, voluntatem ſaltem & diligentiam, ut veſtra fert humanitas, boni conſulite, & meliora in dies conanti indulgentia & favore veſtro animum addite.

OBSERVATIONES
AD LITHOTOMIAM
ATTINENTES

AVCTORE DOCTISSIMO VIRO

GVLIELMO BROMFEILD

IN AVLA

POTENTISS. ANGLORVM REGIS

CHIRVRGO CELEBERRIMO.

FLORENTIAE MDCCLXI.

APVD ANDREAM BONDVCCIVM.

FACVLTATE PVBLICA.

. . . . Si quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

Horat.

PRAEFATIO.

Perpauci ſunt (opinor) Medici , qui exſectionem calculi de humano corpore , opus ſane arduum ac periculoſum , non cenſeant digniſſimam in quam ſumma intendatur cura , diligentia , atque peritia . Quicquid ergo huic utiliſſimae rei aliquid aut lucis , aut opis impertire poteſt , nulla , ut puto , apud doctos indiget excuſatione . Propterea miſſis longae apologiae ambagibus , quaecumque ipſe ſtudio , uſu , ac experientia , de hac re didici , ea in hiſce chartulis breviter explicare conabor . In quibus conſilium eſt exponere , quo modo corpus calculoſi a me ita praeparetur , ut ad ope-

rationem ſubeundam maxime fiat idoneum; quo incidendi genere, & qualibus commodiſſime extrahi poſſit, & qua deinde curandi ratione, ipſe per multos annos feliciſſime ſim uſus donec aeger convaluerit: vel (ut pauciſſimis abſolvam verbis) quae ante, inter, & poſt ſecandum fieri oportere cenſeam. Ita tamen de his diſſeram, ut de ipſa ſecandi operatione plurima ſim locuturus; quippe quae maiores varietates & diſcrimina in ſe continet, atque plurimis caſibus eſt obnoxia.

OBSER-

OBSERVATIONES
AD LITHOTOMIAM
ATTINENTES.

PRAEPARATIO, quam in Lithotomia neceſſariam iudico, hoc modo ordinatur. Initium fit, dando unam vel alteram doſin Mannae, vel aliquod aliud medicamentum leniens, & aperiens. Si plethoricus ſit aeger, aut magno dolore laboret, mittatur ſanguis e brachio ad paucas uncias, & victus inſtituatur levis. Ante operationem aliquot per dies in lecto fere perpetuo iacere debet, coxis elevatis; una vel duabus horis antequam inciſio ſit facta, iniiciatur enema: & circiter horae quadrantem ante operationem, Veſicam quam maxime urina vacuam reddi oportet.

Ae-

Aegro ſuper menſam collocato, & de more colligato, cathetere ferreo ſulcato demiſſo, catheteris manubrium in Abdomen, & dextrum Inguen ſic inclino, ut in parte Vrethrae membranoſa ſulcum eius oblique lateraliter & deorſum ſpectantem ſentire poſſim. Dehinc ſiſto, miniſtroque in manus trado; qui leniter premens iſta via catheteris dirigit ſulcum, dum alius Scrotum ſuſtinet. Deinde in ſedili ſatis alto conſido, & externorum Integumentorum inciſionem aggredior, paucas lineas in parte Raphae ſiniſtra, & circiter ſemipollicem infra ſymphyſim oſſium Pubis; & libero celerique ictu oblique, extrorſum & deorſum perſequor, inter anum, & proceſſum Iſchii obtuſum pari fere ab utroque intervallo paululum inferius plagam ducens.

Integumentis ita diviſis, ſiniſtrae manus medium digitum, & indicem demitto; illo in latus aegri dextrum vulneris labium dextrum vertens, hoc Rectum deprimens. Secundam deinde plagam facio, eadem fere directione ac priorem inter muſculum Erectorem Penis & acceleratorem urinae, ſed ſub ano & Rapha paululum propius. Hanc ſatis alte inſero ad Tranſverſalem Penis di-

vi-

videndum, tantumque levatoris ani, quantum glandulam proſtatam ſentiri poſſe faciat. Inceptum perſequor, duos digitos ſiniſtrae manus demittendo usque ad glandulam proſtatam, medioque digito catheteris ſulcum inveſtigo, dum Index tam ad dividendam glandulam ſcalpello ſe ducem praeſtat, quam tutelam Recti. Quod hoc modo efficio.

Scalpelli, quem hactenus veluti calamum acie deorſum verſa tenueram, nunc ſurſum aciem verto, inter pollicem, indicemque, ut antea, tenens; deinde ad glandulam fero, tribus inferioribus dextrae digitis allabentibus ſuper indicem ſiniſtrae, usque dum medius iſtius manus digitus me ad catheteris ſulcum perveniſſe doceat. Partem deinde laminae maxime convexam, in partem Vrethrae membranoſam intromitto, quam proxime ad glandulam proſtatam. Cum vero compertum habeo me in ſulco catheteris verſari, ſcalpellum paullo inferius in glandulae corpus demitto, & ſi libeat ulterius adhuc vulnus inferre, manubrium paululum deorſum, & verſus Iſchium ſiniſtrum inclino; unde ſcalpelli mucro in ſulcum catheteris ſtatim incidit, & glandulae quantum opus fuerit, dividetur; rurſum tamen ſcalpellum reduco mucrone adhuc in ſulcum manente, ut cer-

G to

to inciſionem perfectam eſſe intelligam; & deſiſto plerumque ubi ſcalpellum ſulcum catheteris primo intravit.

Poſtremus hicce ictus, *glandulae inciſio extra ab introrſum appellatur*.

Inciſionibus hoc modo finitis, Ductorem communem concavum (*Gorgeret* Gallis vocatum) per ſulcum catheteris in Veſicam demitto. Miniſter catheterem dein educit; quo facto, convexam Ductoris partem, ad vulnus Proſtatae verſus verto; indicemque ſiniſtrae manus per canalem Ductoris ad veſicae cervicem dilatandam fero; quo ſedem calculi ſaepe percipio. Manum dehinc ſubduco, forcipemque intromitto. Si non facile inveniatur calculus, veſicam haud procul a cervice, qua Rectum contingit, forcipibus clauſis leniter percutio; atque eo pacto ſaepe delabetur calculus. Sin minus, altera forcipis maxilla ei parti, quam antea percuſſi, impoſita, alteram elevando, forcipem diduco, tum lamina inferior fit axis; adeo ut maxillam ſuperiorem per vices in hanc & illam vertens partem, & maxillas paululum claudens calculum plerumque comprehendam.

Quando extrahere conor, lentiſſime id facio, donec a partibus reſiſti ſentio. Ni-

Nimiam forcipis in calculum preſſuram prohibere nitor, inter forcipis maxillas pollicem ſiniſtrae manus, quam proxime ad axem ponendo. Si Ramus Arteriae magnus forte ſit vulneratus, filo acu curva circumducto ligandus; ſi parvus, tantum linamenta carpta adhibenda ſunt ad ſanguinem cohibendum, penicillumque inſuper unguenti digeſtivi communis.

Cum in lecto eſt Aeger, ſanguinem a brachio mitti, ſi ſanguinis profuſio non nimia in operatione fuerit (id quod raro accidit) & hauſtum anodynum ſumi moneo. Abdomini toti & regioni Pubis pannus laneus duplicatus ſuper imponendus eſt. Hauſtum fere *ſpermatis ceti*, pulveris nitroſi, & Bezoardici, ſimplicibus aquis miſti, bis, terve die ſumendum ſuadeo, donec purgatum vulnus ſit, & ſordes digeſtae. Cetera curationis pars ex diligentia cuſtodis ſedulae maxime pendet, quae partes ſaepe in die fovendo digeſtionem promoveat, penicillumque unguenti digeſtivi ſuper imponendo; quod pro re nata repetendum eſt.

Ne nates excorientur, providendum eſt, ſubter illas lodicem ponendo ſaepe complicatam, octodecim aut viginti polli-

lices latam. Hanc fere totam convolvi oportet, praeterquam quod ſatis ſub aegrum primùm ſubiicere. Pars convoluta iuxta latus aegri ſita eſt; quae ſeipſam explicat, dum cuſtos partem humidam aegro ſubducit, qui hoc pacto paene ſemper in ſicco cubat; ſin nates forſan excoriatae ſint, aut ullum aliud infauſtum indicium aſpicias, ad te attinet quod utile ſit admonere. Cibus (quemadmodum in omnibus iſtiusmodi caſibus) per hebdomadam, vel decem dies, vel amplius etiam ſi res poſtulat, ex materia debet eſſe quam leviſſima, maximeque ſorbitio, eaque pertenuis. Enema omnino neceſſarium eſt ad primam alvi deiectionem obtinendam; hoc valde praepono medicamentis purgantibus per os ſumptis, propterea quod haec plures afferunt deiectiones quam par eſt. Arbitror nonnunquam aliquod temporis lucratum (poſt urinae tranſitionem itinere conſueto per unum & alterum diem, & poſt ſordes omnino confectas) ſpleniola & emplaſtrum ſuper vulneris labia ita imponendo, ut in contactu ea ſervaretur, Faſcia T adiuvante.

Cum multos annos & Anatomiae & Chirurgiae publicus fuerim Profeſſor, in com-

compluribus meorum diſcipulorum, dum in cadaveribus operationem hanc perficerent, illud obſervavi, eos non ſine maxima difficultate glandulam proſtatam ita pertingere potuiſſe, ut apte dividerent. Idem quoque obſervavi in omnibus paene Lithotomis ex vivo corpore calculum exſecantibus. Quare animadverſa, duo, quae ſequuntur, Inſtrumenta ad illam operationis partem aptata multos ante annos excogitavi.

Illo, cui lamina in ſulco latet, *Biſtouri cachè* Gallis vocato, hoc modo uti debemus. Integumentorum inciſione, ut ſupra deſcriptum eſt, facta, pars Vrethrae membranoſa ſcalpelli apice aperiunda eſt a latere, & quam proxime poteſt ad glandulam proſtatam; hac Vrethrae apertura inſtrumentum per ſulcum catheteris in Veſicam intromittendum eſt; quo facto, & inſtrumento a cathetere liberato, ad latus verſus dextrum veſicae convertendum eſt. Inſtrumentum & hoc modo in tali directione ſtatuendum, ut cum ſubducere velis, glandulae vulnus in latere ſiniſtro, in obliquum potius deorſum & extrorſum fiat, quam ſecundum horizontem lateraliter. Statuto, quemadmodum vis, inſtrumento, manubrium

nubrium inclinandum eſt verſus femur aegrotantis ſiniſtrum : Inſuper Elaterem premito, quantum convenire putes, & tum ſubducito, illam obliquitatem verſus femur ſiniſtrum, dum veſicae cervicem dividis, perpetuo ſervans. Artificioſiſſimum opus eſt plagam illam tractim efficere : nam ſi ſcalpelli lamina non cum aliqua obliquitate deorſum ſtatuatur, Erector penis convulnerabitur, necnon & Arteriae Hypogaſtricae ramus, qui Pudica interna dicitur. Si ad perpendiculum omnino ſtatuatur, veſiculae ſeminales, & Inteſtinum violabuntur. Si linea recta teipſum verſus ſubducas, veſicam ultra cervicem ſauciabis. Si omnia haec monita obſervata ſint, meo quidem judicio, inſtrumentum hoc uſui erit illis omnibus, quibus ſcalpello glandulam dividere difficile eſt.

Alterum Inſtrumentum voco Ductorem, Anglice *The double Gorget*, cuius duo dimidia hoc modo inter ſe ſunt coniungenda. Margines inferiores eius dimidii, cui affixum eſt ſcalpellum, inſerantur ſulcis, qui in inferioris dimidii marginibus ſuperioribus inſunt. Eo pacto ex duobus dimidiis unum fit Inſtrumentum; quod (ſi ſcalpellum modo

do dempſeris) non multum ab extrema vaccini cornus parte erit abſimile.

Factis Integumentorum & Vrethrae inciſionibus, ſicut antea demonſtratum eſt ſecantibus eo, quod vocatur *Biſtouri cachè*, dextra manu *Ductorem duplicem* capio, cuius manubrium ligneum in palma ſub pollicis baſi premitur, & pars inſtrumenti plana paulo infra manubrium ligneum ſecundae Indicis phalangi inſidet, pollice parti ſuperiori incumbente; reliqui digiti interiorem manubrii partem ſtringentes, immotum in manu tenent. Glandula proſtata, & cervix, inſtrumento dum demittitur reſiſtentes, facile per ſe efficient, ut dimidium inſtrumenti inferius tenaciter ſuperiori cohaereat. Roſtro *Ductoris* in ſulcum catheteris admiſſo, catheterem ſiniſtra manu a miniſtro accipio, & potius ad aegri laevum Inguen verſus inclino, quam in directione perpendiculari; in hoc ſitu inſtrumentum intra ipſam veſicam impello, quo pacto glandula proſtata oblique & deorſum vulnerabitur, & non lateraliter. Tum, parte ſuperiore cum lamina ſubducta, inferior fit Ductor concavus communis. Operatio ſolito more finitur.

N B. Si-

N. B. Siniſtra manus, quae Ductorem concavum tenet, elevanda eſt, & dextra deprimenda, cum vis forcipem in veſicam immittere.

Si non mihi nimis ipſe plaudo; dum machinas contemplor, numquam aliam vidi hoc tempore ad ſimiles intentiones confectam. Primo Ductor vulgaris, ſi non acie ſecat, & pars Vrethrae membranoſa ſolummodo aperitur, poteſt tamen glandulam proſtatam, ac veſicam protrudere, & ab urethra diſiungere; idcirco Ductorem duplicem, vel ſine lamina, minimo labore & ſine periculo intromitti comperio; ſuaque dilatatione partes ad intromiſſionem forcipis praeparat. Quae dilatatio plus etiam boni adfert; cum glandula affixâ laminâ dividenda eſt, inferior pars Ductoris Inteſtinum, ne convulneretur, defendit.

Plerique, qui Lithotomiam *lateralem*, quam vocant, approbarunt, glandulam a latere vulnerandam iudicabant, idcircoque varietatem inſtrumentorum per totum ſpatium incidendi, & magni eductionem calculi facilem reddendi causâ excogitavere. In hodierna ſecandi ratione glandulam proſtatam rariſſime penitus diviſam eſſe

puto;

puto ; numquamque a latere horizonti reſpondente , ut creditur . Atque illud a ſitu ſulci catheteris apparet, qui parte inferiore glandulam paululum verſus ſiniſtrum latus aperiat, neceſſe eſt ; quod omnibus de cauſis maxime proderit . Conſtat enim inter Chirurgos, inciſum minus quam laceratum contuſumque vulnus nocere.

His adducti rationibus, curaque ne vulnerent Rectum permoti, glandulam oblique ſurſum & extrorſum dividunt ; ſed hoc, quantum ego animadverti, obeſſe potius quam prodeſſe compertum, praeſertim ubicumque magnus ſit calculus. Impedimento enim a ſuperiore parte remoto, inque inferiore reſtante, calculus ad ſymphyſin oſſium verſus, prope anguſtiſſimam anguli partem elevatur ; & vi ad extrahendum neceſſaria in hoc ſitu adhibita, ſaepe aut frangitur ipſe, aut lacerat partes, atque magnopere contundit.

Nunc ſecandi ratione ſic poſita, quasdam animadverſiones ſubiungere pergam.

Veſicae urinariae cervix, poſt bonam vaſorum iniectionem, plane demonſtrat, ſi calculi ſpicula forſitan quaedam partem illam irritent, temporariam inflammationem

excitari: ex quo fit & paroxyſmus. Poſitio corporis mutata non raro dolorem repente ſedabit. Nos experientia docet, fundum & partes laterales haud tantum ſenſu doloris affectas, quantum iuxta cervicem. Et cum aut calculus quadam veſicae plica fuerit ſuſpenſus, aut fibrae muſculares ſeparatae, hernia formata eſt, calculo laminas internas protrudente; aegrique deinde ſic dolore vacarunt, ut ſe ſe prorſus ſanatos crediderint, atque adeo cathetere immiſſo, ſic res ſe habere viſa ſit.

Hinc ſatis conſtat, quid ſibi velit, iſtud praeceptum, ut aeger lecto ſtatim imponatur; quod in dolore acerrimo maxime prodeſt. Rectum exonerari oportere, enemate iniecto, inter omnes fere ubique convenit; nec dubium eſt, quin haec conſuetudo periculum inteſtini ſauciandi multo minus reddat; parum tamen obſervatum eſt id, quod mihi maximae ſemper eſt curae, ut aeger quam plurimum poteſt urinae reddat; idque breviſſimo temporis ſpatio antequam operatio incipiatur: ubi aliter evenit negligentiâ, Veſica urinâ repleta introitu Ductoris concavi ſtatim exonerata, cum collabitur ſine contractione, magnum ſubit periculum in-

inter maxillas forcipis & calculum inciden-di, ubi multum fortaſſe patietur mali, dum calculus ſumma etiam cum diligentia extrahitur. Necnon calculus plerumque maiore cum labore comprehenditur, & in plica veſicae aliquando collapſus ſuſpenditur.

Perpauci Integumentorum exteriorum inciſionem tam alte in natem, quam modo deſcripſi, inferunt; at ſaepe animadverti ſolis Integumentis calculum retentum; praeterea commoditas liberi ductus dependentis ad urinae exitum omnino amiſſa eſt, donec veſicae cervix iterum vim obtinuerit.

Hic modus inciſionis, abſceſſus ne fiant, prohibebit; qui ubi urina detenta eſt, & ſeipſam in ſubſtantiam cellularem Pelvis &c. inſinuat, haud raro accidere ſolent. Haec mala ſaepe conſequuntur aperturam iuſto minorem; cum in ampla nihil periculi ſit timendum.

Eſt ubi prima illa Integumentorum exteriorum inciſio facta ſit ſatis ampla, ſed transverſalis Penis & levator Ani non ſint diviſi. Quo fit ut impedimentum, ex illis natum, calculum elevet verſus ſymphyſin Pubis, & calculi extractionem vel parvuli difficilem faciat: quae res conſilium dandi lo-

locum ſufficientem inter angulos ramorum oſſium inferiores, omnino irritum reddit. Exiſtet & illud malum, quando iſti muſculi, & fibrae ligamentoſae non ſint diviſae, glandulam proſtatam recte vulnerare non poteris. Methodo vero, quam propoſui, recte ſervata, ſemper (ſpero) glandulam proſtatam commodiſſime aperiemus, idque non ſine aliquo certae fidei modo.

Tametſi inciſiones peritiſſime ſint confectae, ad calculum tamen permagnum extrahendum aliquanta vi utendum eſt. Vnde oritur periculum eum frangendi ſi mollis fuerit, curam licet iam praemonitam adhibeas, pollicem inter forcipis manubria prope axem locandi. Sed ut tutius fiat operatio, clavulo uſus ſum ferreo, cui cochlea pertenuis ſit ſuper tornata, & vertice, in uno manubriorum reſtante; cum clavulis multis inſtructus ſum, qui cochlea per longum ſpatium carent, miniſter, ſimul ac calculum arripui, ſi modo hic magnus ſit, unum immittit ea longitudine, quam ipſe putat cochleae pauciſſimos vortices exigere, antequam impedimentum offendit in forcipis manubrium adverſum. Hoc procul dubio, calculus ne frangatur, efficiet; & ſic ad

amuſ-

amuſſim fieri poteſt, ut, cum calculum premit, preſſura haud altior fiat, quam crinis craſſities. In ſcriptis celeberrimi *Dom. Sharp* proxime editis, reperio alium Chirurgiae Profeſſorem peritiſſimum forcipi quiddam eadem mente ſuperaddidiſſe. Verum horum optime ceſſerit, aſſerere non auſim.

Calculus amplus & aſper cervicem veſicae ſaepe vehementer laedit, angulis partes lacerantibus; quod in gangraena frequenter terminatur. Ad hoc incommodum evitandum, duas forcipi maxillas acceſſorias excogitavi, quae in calculo extrahendo partes protegant. Hoc modo exercendae ſunt. Cum calculus ſit forcipe comprehenſus, unam laminarum novarum demittes in manubrio machinato infixam, partem concavam dirigens, per convexam unius forcipis maxillam, & impellere perſevera, dum novae axis laminae in axe forcipis foramine opponitur, in quod inſeras. Tum dic miniſtro, in forcipis ſcapo tuto detineat, dum Elaterem premendo, manubrium liberas, & laminae alteri apponis. Eodem, quo ſupra dictum eſt, modo haec intromittenda eſt; & tum quadrata cavitas extremum axem ſociae ſuae recipit; quod, cum introiit, parvula

vula compede figendum. Hoc modo totus ferme calculus involutus erit; & veſicae cervix a calculi ſpiculis munita. Harum leves ſuperficies laminarum ſic adiunctarum, omnino compenſabunt pauxillum, quod occupant, ſpatium, & facilior extractio, atque minus periculoſa reddetur. Quando haſce ſuperadditas maxillas intromiſſuri ſumus, nequaquam calculum in veſicae cervicem deducere expedit, ſed tantum amovere, quantum ſatis eſt ad iter illis praeſtandum.

Quamvis ad ampliſſimum comprehendendum calculum forcipis maxillarum magna longitudo uſui eſt, tamen e contra in teneris infantibus magna adhibenda cura eſt, ne nimis longae fiant. Hoc enim mihi fuit impedimento, quo minus in veſica illas diducere poſſem, quia forcipis axis usque ad Proſtatam non advenit: itaque clauſae maneant neceſſe eſt. Nam ſi ulterius impellere conemur, eo conſilio ut diducere queamus, periculum eſt ne forte per veſicae fundum agamus.

Si quis Arteriae ramus, notatu dignus, diviſus fuerit; ſcilicet aut filo acu curva circumducto ligandus, aut hæmorrhagia aliter cohibenda eſt; ad quem finem

Aga-

Agarico uti non fortaſſe erit alienum. Verum enim vero tenuis & conſtans ſanguinis fluxus per horas aliquot poſt operationem me quidem iudice nonnihil commodi plerumque affert, cum calculus grandiuſculus & contuſio magna fuit. Haemorrhagia mirum in modum ſubito reprimitur femora claudendo, linamentaque arida in os vaſis, ex quo ſanguis fluit, admovendo, quod antea quam vinclis fuit aeger ſolutus, magna profuſione laborabat.

Licet plerique Chirurgi, quod ſciam, glandulam proſtatam per totum ſpatium dividere magnopere optent; ego tamen nollem factum. Dodrantem aut paulo minus proxime ad partem Vrethrae membranoſam ſatius & utilius, quam totam dividi pro certo habeo. Nam primo nullibi alias praeterquam in ea parte calculo obſiſtitur, & veſicae cervix citra omnem lacerationem ſufficienter dilatabitur. Deinde partibus citius ſanandi facultatem hoc fortaſſe dabit, ſphinctere revaleſcente, quam ſi perpetuo per eas tranſiret urina: licetque mihi, ſi foret opus, liquido iurare, numquam poſt ullam mearum operationum fiſtulam remanſiſſe; quod ſaepe uſu evenit illis, qui glandu-

lam

lam usque ad membranoſam veſicae partem perſecuerunt. Nam tametſi aliter ſit viſum multis ſcriptoribus, fateor tamen me non poſſe non putare valde perniciosum eſſe, partem membranoſam veſicae ſauciari; & ſi nihil aliud afferat mali, fiſtulas exinde orituras maxime eſt veriſimile.

Quod ad praecepta a Scriptoribus recentioribus hactenus data ſpectat; quosdam aemulos, qui praelectiones olim meas frequentabant, linguaeque Anglicanae admodum erant ſcientes, rogavi, ut glandulam proſtatam ſic dividerent, ut illa praecepta in hodierna ſecandi ratione indicabant; at ſemper eos rem perplexam aggreſſos ſenſi, ſaepe enim magnam partem reſecaverant, nec in ſulcum penetraverant, donec in parte Vrethrae membranoſae ſcalpellum ad ſeipſos verſus reduxere. Aliis veſica ultra glandulam, aliisque veſiculae ſeminales convulnerabantur. Hoc mihi manifeſte videtur factum " quod ſurſum vertere ſcalpelli aciem " praeceptum erat, glandulamque proſtatam " dividere per totum ſpatium a parte inter- " na extrorſum. " Laminae enim acie ſurſum verſa, & ſulco catheteris in Adultis ultra partem Vrethrae membranoſam non

per-

percepto, eo fit ut plaga incerta reddatur; & Directore nihil opis ferente, ſcalpellum nimis alte immerſum ſaepenumero inciderit veſiculas ſeminales, & vulnere ſolideſcente, intumuerint teſtes. Dicuntur multi peregre ab haemorrhagiis periiſſe, lateralem ſecandi rationem paſſi. Quod credibile eſt ab inciſione arteriae accidere, quae in parte ſuperiore glandulae proſtatae eſt. Numquam enim, ni fallor, evenire poteſt ab iſta ratione ſecandi, quam deſcribere conatus ſum.

Vrina decem intra aut duodecim dies naturaliter plerumque profluit, ſed ſi per vulnus diutius, quam expectavi, tranſire pergat, candelam mollem (*Bougie* Galli vocant) inſertam, unam aut duas horas intus manere ſino; quae ſanguinis aliquid concreti, aut quaedam calculi fragmenta ſaepe removet, quae iter obſtruxerint, urinamque, ne via conſueta tranſiret, prohibuerint. Si ab urina ulla calloſitas ſit orta, candelae repetitio tandem bene ceſſit; atque concavam candelam etiam meliorem fore exiſtimo.

Quaeſtionem in medio relinqui intelligo, anne calculi ampliſſimi fractura non fauſtiorem convaleſcendi opportunitatem aegro praebeat, quam ſi integer eductus ſit; quod con-

tuſione & laceratione partium ſphacelum tandem efficere poſſit.

Crediderim equidem, ubicumque extrahendi magna fuit difficultas, eam extitiſſe a glandula non recte incisa, muſculis & ligamentoſis partibus non diviſis, aut a plaga Integumentorum non ſatis ad imum inter anum & obtuſum Ischii proceſſum ducta, quo nullum commodum interſtitii oſſium ad ramorum angulos inferiores capere poſſumus; mox cum extrahere calculum incipimus, aut frangitur, aut, ſi grandis ſit, non ſine magno periculo integer extrahitur.

Hoc ſi mihi contigerit, calculum antrorſum potius propellere mallem, ſuperque eum incidere, ad dividendum aut tantum glandulae proſtatae, quantum impedimento eſſe putavi, aut muſculorum aut cutis fraenula, ſi ea exitum obſtruerent. Inde enim exiſtit & periculum, ne calculi reliquiae diſſipatae in in veſica remaneant, licet ad prohibendum maxima ſit cura adhibita: quae, ſi illic reſtent, nuclei ad alios formandos calculos profecto fient; nec frequentem forcipis in veſicam immiſſionem, nihil periculi addere, dicere nequeo, quippe cum partes tamdiu aeri expoſitae ad ſphacelismum tendere poſſint.

Quos-

Quosdam ferunt in eſteriore parte maxillarum forcipis ſulcum feciſſe, eumque ad dividendam glandulam ſcalpello pro directore habuiſſe. Sed nec hoc quidem periculo vacat, ſi cum calculus comprehenditur, utuntur. Nam ſi calculus amplus & acutus ſit, dum huc illuc circumagitur ad ſulcum forcipis recte ſiſtendum, incidendi eximendique cauſa, ſpicula neceſſario veſicam laedent. Neminem enimvero negaturum exiſtimo calculum tutiſſime & facillime extrahi, una forcipis lamina ſub ſymphyſi oſſium labente, altera ſuper Recto. At ſi machinamentum illud ad glandulam tantummodo dividendam ſit inſtitutum, quaenam utilitas in eo fuerit, experientia ſola edocere poterit.

RIFLESSIONI
DEL SIG. MICHELANGELO GRIMA
SOPRA IL TAGLIO LATERALE
Che per eſtrarre la Pietra della Veſcica orinaria pratica

IL SIGNOR GUGLIELMO BROMFEILD
PRIMO CERUSICO DI S. A. R.

LA PRINCIPESSA DI GALLES
e Chirurgo degli Spedali di San Giorgio, e di Locke in Londra &c.

Eſtratte dal Giornale Franzeſe di Medicina, Chirurgia, Farmacia &c. del Meſe di Febbraio 1761.

IL Signor *Guglielmo Bromfeild*, il Figlio, addottorato in Medicina a Padova, mi ha preſtati gli Iſtrumenti, che il celebre ſuo Sig. Padre adopra per eſtrarre la pietra della veſcica. Alla preſenza di più Medici, e di più Ceruſici, ho fatte con detti Iſtrumenti alcune operazioni ſopra dei cadaveri. Accomodati queſti ſecondo il biſogno dell'ope-

perazione, ho introdotto nella veſcica uno ſciringone. Voltato e abbaſſato il manico dello ſciringone verſo l' Inguine deſtro, feci tener fermo lo ſciringone da un' aſſiſtente, il quale coll' altra mano teneva ſollevato lo Scroto. Coll' indice della mano ſiniſtra taſtai per ſentire nel Perineo la reſiſtenza dello ſciringone, al quale io andai incontro con un taglio obliquo. Tagliati obliquamente gl' Integumenti della parte ſiniſtra del Perineo, ed eſteſo queſto taglio dalla metà della rima del Perineo fino al tubercolo dell' Iſchio, ripreſi il taglio internandomi fin dentro la ſcanalatura dello ſciringone. Aperta baſtantemente l' uretra, per potervi introdurre con facilità il *gorgeret*, con queſto andai fino al becco dello ſciringone, e per introdurlo più ſicuramente nella veſcica ſenza che abbandonaſſe mai la ſcanalatura dello ſciringone, abbaſſai la mano deſtra, che era quella, colla quale io lo teneva fermo e inſieme lo ſpingeva verſo la veſcica, di dove col mezzo di detto *gorgeret* eſſendo venute fuori le orine, voltai l' orlo A, B del *gorgeret* verſo l' angolo ſuperiore della piaga eſterna, e l'altro orlo E, D parallelo all' orlo A, B, verſo l' angolo inferiore. Tenendo

do io il ſuo manico colle dita della mano ſiniſtra, introduſſi l' indice della mano deſtra per ſentire ſe io aveva meſſa la parte conveſſa dello ſciringone ſopra l' Inteſtino retto per ſalvarlo dal taglio, e per vedere ſe la parte concava del *gorgeret* foſſe in faccia della proſtata ſiniſtra, che dev' eſſere libera. Allora io pigliai colla mano deſtra l' altro *gorgeret*, che è unito con una lama tagliente; miſi queſto ſecondo *gorgeret* ſopra il primo, facendolo ſcorrere per le ſcanalature, che in ſituazione parallela ſono ſituate in ciaſcun orlo. Unito un *gorgeret* coll' altro, ritirai il *gorgeret* che ha la lama tagliente, e introduſſi l' indice della mano diritta nella veſcica, per iſcuoprire ſe la proſtata era tagliata baſtantemente. Fatto ciò, ritirai il dito, e colla guida del *gorgeret* feci l' inttoduzione della tanaglia. Introdotta queſta nella veſcica, voltai ſotto ſopra il *gorgeret*, e lo cavai. Preſa la pietra colle tanaglie, aggiunſi a queſte, due altre branche, eſſendo quattro le branche di queſta tanaglia, neceſſaria ſolamente quando le pietre ſono eguali.

Delle mie eſperienze fatte ſopra dei cadaveri io ne diedi notizia al Sig. *Bromfeild*. Que-

Queſti ne informò il Sig. *Vandermonde*, che è l' Autore del *Giornale di Medicina*, e che mi aveva veduto farle, come lo accenna nel medeſimo Giornale.

Il metodo, che io ho deſcritto, è il medeſimo di quello del *Ceſeldeno*; ſolamente egli è perfezionato, ed è reſo più ſicuro, come è facile il dimoſtrarlo.

Il Sig. *Ceſeldeno* introduce lo ſciringone nella medeſima maniera di noi; dipoi con un litotomo diſegnaro alla figura 8. della tavola 31. della Chirurgia d' *Eiſtero*, ei fa il taglio come noi; egli apre con linea parallela l' uretra, fa ſcorrere il litotomo per la ſcanalatura dello ſciringone, e a miſura che s' interna, ſcorre per il dorſo del litotomo l' indice della mano ſiniſtra. Fatto ch' egli ha il taglio laterale, introduce nella veſcica un *gorgeret* ordinario, tira fuori lo ſciringone, e termina la ſua operazione come gli altri.

Il Sig. *Bromfeild* dopo avere aperta baſtantemente l' uretra, introduce il ſuo *gorgeret*, leva lo ſciringone, e con quel *gorgeret*, che ha la lama tagliente, taglia la proſtata obliquamente, lateralmente, e ſicuramente, come ſarà da noi dimoſtrato.

Eſa-

Eſaminiamo preſentemente gl' inconvenienti, dei quali è capace il metodo praticato con gli ſtrumenti del Sig. *Ceſeldeno*, e reflettiamo ſopra il metodo praticato ſecondo la maniera del Sig. *Bromfeild*. *Ceſeldeno* mentre taglia la proſtata ſi fa tenere lo ſciringone da un aſſiſtente, che ſe lo muove punto, il litotomo eſce dalla ſcanalatura dello ſciringone, e va per un' altra via; che ſe piglia quella d' andare verſo l' Inteſtino retto, queſto può reſtar tagliato, ed eſſendo caſualmente il taglio verſo l' Oſſo ſacro, ſi riſica di tagliare qualche groſſo ramo dell' Iliaca interna; quindi naſce l' emorragia, che ſenza fondamento è attribuita al taglio dell' arteria delle Pudende. Col metodo del Sig. *Ceſeldeno* io ho vedute fare molte operazioni dal Sig. *Grilliet* Litotomo Malteſe, e allievo del Sig. *Morand*, e delle emorragie non gliene ſono ſeguite. Neppure al Sig. *Angelo Nannoni*, uno de' primi Ceruſici di Firenze, e di tutta l' Italia, ſono accadute emorragie; parlo di quei pietranti, che io ho veduti da eſſo tagliare nel Regio Spedale di Santa Maria Nuova di Firenze. Benchè ſia molto difficile il fare queſta operazione col taglio laterale ſenza

ta-

tagliare l' arteria delle Pudende, l' emorragia, che alle volte ſegue dependentemente da queſta operazione, viene ſicuramente da altra fonte, perchè tagliando l' arteria delle Pudende, non può eſcire gran ſangue; ed eſcendone aſſai, ha da eſſere coſa facile il fermarlo, comprimendo la parte, dalla quale eſce. Nel caſo d' aneurisma dell' arteria delle pudende l' ammalato ſarebbe in qualche pericolo per l'emorragia, che naſcerebbe dal taglio di detta arteria. In queſto ſtato di coſe, noi poſſiamo dire col Sig. *Monro*, disgrazia per quei che ſono in ſimil caſo, non ſempre capace d' eſſere ſcoperto dal Ceruſico.

L' altro inconveniente del taglio proprio del metodo del Sig. *Ceſeldeno* è, che il collo della veſcica vien tagliato tra il Grano ordaceo, e il corpo della proſtata. In queſto incontro vengono tagliati neceſſariamente i vaſi eſcretori della veſcica ſeminale ſiniſtra.

La cicatrice naſcente in queſta parte potrebbe trattenere il ſeme; e ſe accadeſſe una malattia di conſeguenza nella veſcica ſeminale deſtra, quel tale diverrebbe inabile alla generazione. Queſto è il il motivo, per cui *Giovanni Romani* ha preferito il grande apparecchio inventato da *Mariano Santo*.

Il Signor *Bromfeild* è ſicuro, che col ſuo metodo non ſi taglia l' Inteſtino retto, e queſta è una coſa che importa aſſai, ed eccone la ragione. Aperto ch' egli ha l' uretra, introduce il ſuo *gorgeret* nella veſcica, e tira fuori lo ſciringone. Il *gorgeret* è lo ſteſſo di quello del *Ceſeldeno*, ſolamente vi ha aggiunte due ſcanalature, e ne ha mutato il becco; vedaſi di ciò la figura 9. della tavola 31. del ſecondo volume della *Chirurgia d' Eiſtero*. Il conveſſo del *gorgeret* eſſendo poſto obliquamente, il collo della veſcica reſta nella ſua direzione naturale, non ſegue lacerazione, rimane coperta la parte deſtra della proſtata, il grano ordaceo, e quel piccolo ſpazio, che è tra queſto minuto corpo e la parte ſiniſtra della proſtata. L' Inteſtino retto viene compreſſo talmente, che quando s' introduce l' altro *gorgeret* armato d' una lama tagliente, ſi taglia ſolamente la parte ſiniſtra e inferiore della proſtata. In ciaſcuna delle mie eſperienze ho notomizzate le parti tagliate, ed ho rilevato d' aver tagliata pulitamente e interamente la proſtata ne' corpi magri; e dove ho incontrata la proſtata grande, queſta è rimaſta tagliata per più di tre quarti,

ſen-

ſenza che vengano intaccate punto le veſciche ſeminali, e neppure il loro condotto eſcretore. Io non parlerò di quel che ſegue ne' fanciulli, perchè non ho avuto occaſione di tagliarne.

Gli eſpoſti ſono i vantaggi, che il doppio *gorgeret* ha ſopra gl' Iſtrumenti praticati dal *Ceſeldeno*. Ai deſcritti vantaggi ſe ne può aggiugnere un altro tralaſciato dal Sig. *Bromfeild* nella ſua *Memoria*. Il collo della veſcica è quaſi ſimile a un cono, la ſua parte ſuperiore è attaccata ſtrettamente all' arco delle oſſa della pube. Quando il *Ceſeldeno* appoggia il ſuo Litotomo verſo la parte manca della proſtata, e che la comprime per fare il taglio, le fibre, che ſono attaccate all' arco dell' oſſo della pube; debbono ſoffrire qualche eſtenſione oltre il dolore del taglio. Il doppio *gorgeret* uniformandoſi alla figura del collo della veſcica, ſi mantiene diſteſo baſtantemente in tutti i punti della ſua circonferenza; onde il taglio viene unito, ed è uguale in tutta la ſua lunghezza. La metà della circonferenza del collo della veſcica non rimane diſteſa; onde il taglio è meno doloroſo di quello del *Ceſeldeno*.

Dopo aver' io dimoſtrata l' utilità del doppio *gorgeret*, eſporrò gl' inconvenienti, che naſcer poſſono dalla pratica di queſto ſtrumento, ſe non è maneggiato nella maniera propoſta; perchè non eſſendo ei ſituato, come s' è deſcritto, può ſeguire che la lama tagliente del ſecondo *gorgeret* s' incontri nell' arco delle oſſa della pube, e che rimanga tagliata la proſtata ſuperiormente, quindi naſca ſuppurazione e carie di detto oſſo. La cicatrice della piaga derivante da queſto taglio ſi farà con ſtento. Ciò non oſtante, queſt' ultimo inconveniente è meno pericoloſo di quello, che può eſſere il taglio dell' inteſtino retto, delle veſciche ſeminali, e del loro condotto eſcretore. Entrando col taglio tra l' Inteſtino retto, e l' Oſſo ſacro, ſi riſica che vengano tagliate le branche de' vaſi di ſopra accennati.

La maniera di praticare queſto doppio *gorgeret* è sì facile, che ſon perſuaſo, che il Ceruſico più novizio nelle operazioni di chirurgia ſaprebbe ſervirſene ſenza incontrare disgrazie. Qualche difficoltà può naſcere nell' introduzione del *gorgeret* unito colla lama tagliente. Venendo domandato, ſe è neceſſario introdurlo ſempre tutto per

l' in-

l' incavo del primo *gorgeret*, riſpondo che così abbiamo praticato negli adulti, non avendo io, col far così, temuto di ferire il corpo della veſcica, che è più larga nel corpo, che nel collo; e la lama tagliente dell' Iſtrumento eſſendo più ſtretta nel ſuo principio e nel ſuo mezzo, che verſo la ſua baſe, non vi è motivo di temere di coſa alcuna. Per abbondare in cautele ſi può introdurre prima di ogni altra coſa l' indice della mano dritta, e così uno s' aſſicura della lunghezza e della groſſezza della proſtata, e allora biſogna regolarſi come più aggrada.

Rimane da ſchiarire un' altra difficoltà, e queſta è relativa all' introduzione del *gorgeret* unito colla lama tagliente. Qualcuno potrà dire; non ſeguirà egli, che la protuberanza che è verſo la parte ſuperiore, ove la lama s' attacca per via d' una piccola vite, nell' entrare freghi le parti molli, e produca delle contuſioni? Io riſpondo, che introducendola obliquamente, la parte conveſſa, che è unita e liſcia, allontanerà le parti molli in maniera, che il *gorgeret* paſſerà liberamente, ſenza che la protuberanza dell' Iſtrumento le offenda. Ecco tutto ciò, che io poteva dire ſopra l' utilità di que-

queſto doppio *gorgeret*. Io ſono perſuaſo, che tutti quei, che meco rifletteranno ſopra i vantaggi del più volte accennato *gorgeret*, rileveranno, che il metodo del Sig. *Bromfeild* è lo ſteſſo, che quello del *Ceſeldeno*; ma che quello è molto più ſicuro di queſto, relativamente alla qualità degl' Iſtrumenti.

La tanaglia a quattro branche (vedaſi la figura prima G) è una tanaglia ordinaria che ſi trova ſtampata nella tavola 31 del ſecondo volume della *Chirurgia d' Eiſtero*, figura 12. Il Sig. *Bromfeild* non ha fatto altro, che aggiungervi due altre branche più ſottili con alcune molle più facili di quelle ſtampate nell' Opera d' *Albugaſi*, di *Pareo*, d' *Andrea della Croce*, e di *Fabbrizio da Acquapendente*. L' uſo di queſta tanaglia è abbandonato quaſi da tutti i Litotomi. Il Sig. *Bromfeild* ha giudicato a propoſito di praticarla quando le pietre ſono ſcabroſe, affinchè non lacerino la ferita. Rimane adeſſo da dimoſtrare, ſe la maniera di ſervirſi di queſto Iſtrumento è più lunga di quella del litotomo naſcoſto. Quei, che praticano il litotomo naſcoſto, introducono lo ſciringone, fanno lo ſteſſo taglio, che noi, e aprono l' u-

retra

retra per introdurre il litotomo naſcoſto. Noi introduciamo invece del litotomo naſcoſto il *gorgeret*. Eglino cercano della pietra per aſſicurarſi della ſua mole, che difficilmente ſi raccapezza: dipoi girano il manico del litotomo naſcoſto ſecondo la maggiore o minore eſtenſione, che vogliono dare al taglio. Noi introduciamo ſemplicemente l' indice per vedere ſe abbiamo ſituato bene il *gorgeret*. Inoltre eſſi tirano il litotomo naſcoſto dal di dentro al di fuori, per fare il taglio: E noi per linea parallela introduciamo l' altro *gorgeret*, che porta la lama tagliente, ſenza temere di coſa alcuna, e non perdiamo tanto tempo nel cercare la pietra. Da tutte le coſe dette ſi rileva, che la noſtra manifattura è più facile.

DUE

DUE OPERAZIONI

DIVERSAMENTE FATTE

DAL MENTOVATO SIG. CHIRURGO

GUGLIELMO BROMFEILD

NELLA DISARTICOLAZIONE DELL' OMERO

TRADOTTE DALL' INGLESE.

OPERAZIONE I.

UNA Donna di mala coſtituzione di corpo aveva una fluſſione nell' articolo del gomito, la quale terminò dipoi nella carie del medeſimo articolo. Le materie, che da eſſo uſcivano, erano abbondanti. L' Oſſo del braccio inſieme colla ſua membrana era conſiderabilmente ingroſſato. Intorno a due dita ſotto il capo dell' oſſo ſuddetto era una piccola apertura negl' Integumenti, che dava adito allo ſpecillo di inoltrarſi nella ſoſtanza dell' oſſo. Queſta eſſendo vota, lo ſpecillo giugneva al capo dell' oſſo medeſimo, e dalla ſua lunghezza ap-

appariva, ch' egli aveſſe penetrato ancor nell' articolo. A motivo di una piccola ſuppurazione di quella parte io era di ſentimento, che ſull' oſſo rimaſta foſſe la cartilagine, come appunto addivenne. Queſta però nella parte, ove entrò lo ſpecillo, ſarebbeſi certamente in pochi giorni conſunta. Fu propoſta l' amputazione alla metà dell' oſſo; ma io m' oppoſi dicendo, che dopo queſta ſarebbe ſtato neceſſario il fare un' altra amputazione in luogo più alto: che ſe l' *acetabulum* della ſcapula foſſe già divenuto cariato, ſaremmo ſtati coſtretti a ſegarlo al collo; poichè la granulazione non veggendoſi preſto apparire, rende difficile la guarigione. L' inferma era eſtenuata talmente, che non dava troppo coraggio all' impreſa. Ma quantunque poca foſſe la pelle rimeſſa dopo l' operazione, e molta la debolezza; nulladimeno l' inferma incominciò a megliorare.

L' Operazione fu fatta collo ſteſſo coltello, che adopraſi nella Litotomia. Il braccio dell' ammalata era ſteſo orizontalmente al ſuo corpo. Io mi poſi dalla parte eſterna del braccio, incominciando l' inciſione ſul muſcolo pettorale, vicino al luogo, per

cui procede ad internarſi nell' oſſo del braccio ſteſſo. Andai continovando il taglio attraverſo il *Deltoide* quaſi due dita lontano dalla punta dell' *Acromio*, laſciando così una gran parte di quel muſcolo, il quale ſeparavaſi con facilità, eſſendo ſopra la ſua inſerzione. Ordinai all' aſſiſtente, che tiraſſe il braccio all' indietro, perlochè i vaſi vennero a diſcuoprirſi diſtintamente; ſeparai allora i nervi da eſſi, e feci paſſare intorno all' Arteria, e le Vene, un' allacciatura a fine di aſſicurargli. Diſſi all' aſſiſtente, che pigiaſſe ſopra la Clavicola nel tempo, che un altro pigiò col pollice i vaſi nell' Aſcella; perlochè reſtò impedita l' emorragia. Quindi dopo aver fatta ſopra i vaſi una ſeconda allacciatura ſotto la prima, gli diviſi, e trovando tutto in ſicuro, ſeguitai l' inciſione degl' Integumenti, de' Muſcoli, e della parte inferiore. Libero in tal guiſa da qualunque pericoloſo evento, avendo l' aſſiſtente tirati i vaſi verſo il corpo, portai queſta inciſione più vicino all' articolo. E ſiccome in queſto non trovaſi quel vantaggio medeſimo, che nel *Deltoide*, e i tendini de' muſcoli ſcapolari terminano circondando quaſi tutto l' articolo, alzai il

ri-

rimanente del *Deltoide*, e diviſi il Ligamento dell' articolo, ſeguitandolo cautamente nella parte interna. Io allora ſollevai il braccio quaſi perpendicolarmente, e queſto agevolmente ſi diſtaccò. Reſtava un ſolo vaſo da allacciarſi; ed era quello, che naſce dalla parte eſterna dell' Arteria *aſſillare*, e va ſopra il tendine del *Terrete maggiore* ſotto uno de' capi del *Bicipite*, e in tal modo al muſcolo *Deltoide*.

L' applicazione delle fila, ed altre coſe, furon fatte al ſolito. Inventai una faſcia di frenella, formata a guiſa di una berretta, per accogliere il capo dell' omero: da queſta berretta pendevano anneſſe quattro ſtriſce larghe tre dita, e lunghe due braccia. Le due ſuperiori girarono intorno al collo, e s' incrociarono ſulla ferita, e pel dorſo, per eſſer quivi fermate; e le due inferiori paſſarono ſotto l' aſcella dell' altro braccio, dove incrociandoſi furono portate ſul collo fino alla parte amputata, intorno la quale ſi raggirava ciaſcuna eſtremità. Queſta amputazione coll' uſo della conſueta medicatura reſtò in meno di un meſe perfettamente ſanata.

OPERAZIONE II.

IN queſta ſeconda Operazione della Diſarticolazione dell' Omero, il mio primo penſiero fu l' impedire l' emorragia, il che mi riuſcì coll' ordinare a uno de' miei aſſiſtenti, che premeſse col ſuo pollice l' Arteria al di ſopra della Clavicola: e la reſiſtenza della coſtola oprò più di qualunque *Tourniquet*, che poteſſe eſſere con tal mira inventato. Quindi un altro aſſiſtente alzò il braccio, e l' eſteſe in linea dritta col corpo.

Dopo queſte preparazioni incominciai l' inciſione degl' Integumenti dalla parte oppoſta al Proceſſo *Coracoide*, e la continovai fin ſopra l' eſtremità del Muſcolo pettorale, ed alquanto più in giù. L' inciſione era in linea col capo interno del *Bicipite*; per mezzo di queſto, ovvero dividendo una piccola porzione della parte inferiore del muſcolo pettorale, vi fu luogo da introdurre ſotto di quello l' indice della ſiniſtra fino al Proceſſo *Coracoide*, e ſervì di direttore al *Gambaut*. Queſto ha la punta ſimile ad uno ſpecillo, la quale io feci paſ-

ſare

ſare ſull' indice della ſiniſtra, e così introducendola, diviſi tutti i muſcoli ſino al Proceſſo *Coracoide*, proſeguendo il corſo della inciſione degli Integumenti, ſenza pericolo di ferire l' Arteria omerale. Quando i Vaſi furono in tal guiſa ſcoperti, preſi uno ſtrumento ſimile ad un ago piatto e adunco, fitto in un manico, con una cruna in punta, ottuſa, e infilata da un' allacciatura ugualmente diviſa; lo introduſſi ſotto l' Arteria ſenza toccare il nervo, ed il mio aſſiſtente tenendo con un uncino l' allacciatura, eſtraſſi l' Iſtrumento. Separai allora la detta allacciatura in due lunghezze uguali; una di queſte fu da me legata un dito più alta dell' altra, per renderla più ſicura; dopo di che ſeparai ancora i vaſi, ed i nervi, e l' aſſiſtente col mezzo di una ſpatola gli tenne diviſi, affinchè non reſtaſſero offeſi nell' atto di ſeparare il Ligamento caſſulare.

Fu inoltre da me continovata l' inciſione degl' Integumenti dalla parte eſterna dell' omero in linea colla prima inciſione, che proſeguita in forma ſemicircolare, arrivai ſotto l' inſerzione del muſcolo *Deltoide*, la quale incontrandoſi coll' inciſione interna, forma una ſpecie di falda grande, che diſtac-

ſtaccata col mio coltello dall' oſſo , la rivoltai ſopra la ſpalla , già ſoſtenuta da un aſſiſtente . Io diviſi in fine il Ligamento caſſulare , e gl' Integumenti nella parte inferiore del braccio ; perlochè queſto reſtò diſtaccato , e la falda cadendo nel vòto , nè accelerò la guarigione .

IL FINE.




Fig:1.
a
b
Fig:2.
e
d
g
h
c
b
l
a
f
Fig:3.
Fig:4.
Fig:5.
a
c
b
d
Fig:6.
Fig:7.

A V V I S O

Dopo aver terminata l' edizione del preſente Volume, pervenne al noſtro celebre Chirurgo Sig. Angelo Nannoni *una lettera ſcrittagli dal Sig.* Guglielmo Bromfeild *il figlio circa un errore ſcorſo nel* Giornale Medico, Chirurgico, Farmaceutico, *pubblicato a Parigi per il Gennaio del 1761. ove ragionaſi delle Oſſervazioni appartenenti alla Litotomia, fatte dal Sig.* Guglielmo Bromfeild *il padre. Il Sig.* Nannoni *ha avuta la gentilezza di comunicarmela, ed io ho creduto di dover quì inſerire l' articolo, che risguarda le ſuddette Oſſervazioni, potendo queſto ſervire di una utiliſſima Annotazione alle medeſime.*

NEl Giornale Medico, Chirurgico, Farmaceutico, pubblicato a Parigi per il Gennaio del 1761. è ſcorſo un errore nella deſcrizione, che è ſtata fatta del doppio *gorgeret* inventato dal Sig. *Bromfeild* mio padre, profeſſore di Chirurgia. Per fare l' operazione dell' eſtrazione della pietra non ſi prende il manico A. B. fig. 2. ma il manico F. Le due falangi dell' indice ſoſtengono la parte piana del medeſimo manico F, che è di legno. Quei, che vorranno fare con profitto queſta operazione, avvertiranno d' eſtendere il taglio dell' uretra più vicino che potranno alla proſtata. Traſcurando ciò, l' operazione non rieſcirà. Il Sig. *Bromfeild* ha fatto fare un buco nel mezzo del *gorgeret* ſuperiore trall' eſtremità della lama tagliente e l' eſtremità del *gorgeret* ſuperiore. L' orina paſſa per queſto buco allorchè lo ſtrumento è nella veſcica.

MEDICINAE LAVDATIO

QVAM OLIM IN CELEBERRIMO
PISARVM GYMNASIO
PVBLICE HABVIT

ANTONIVS COCCHIVS
MVGELLANVS
MEDIC. PHILOS. ET ANTIQVARIVS
CAESARIS.

FLORENTIAE MDCCLXI.
APVD ANDREAM BONDVCCIVM.

FACVLTATE PVBLICA.

WELLCOME INSTITUTE LIBRARY

Omnes homines artem medicam noſſe oportet (eſt enim res honeſta ſimul ac utilis ad vitam) & ex his maxime eos, qui eruditionis ac eloquentiae cognitionem habent. Nam ſapientiae cognitionem Medicinae ſororem ac contubernalem eſſe puto. Sapientia enim animam ab affectibus liberat: Medicina vero morbos a corporibus aufert.

Democritus Hippocrati de natura humana.

Sapientiam transferre oportet ad Medicinam, & Medicinam ad Sapientiam. Medicus enim philoſophus eſt Diis aequalis. Neque enim multa eſt inter ipſas differentia. Nam omnia, quae ad ſapientiam requiruntur, inſunt in Medicina.

Hippocrat. de decenti Ornatu.

MEDICINAE

LAVDATIO

NEMO eſt, ni fallor, doctiſſimi Patres, ornatiſſimi adoleſcentes, qui non aliquando putaverit parum amice nobiſcum egiſſe naturam, quae dolori percipiendo nos adeo obnoxios effinxerit. Verum rem penitus inſpicienti illico patet, homines dolore moveri, ita ut ſi eſſent illius omnino expertes, neceſſe foret vel inertia interire, cum ab eo, & appetendi, & refugiendi, & omnino rerum gerendarum initia proficiſcantur. Tantum abeſt, doloris vacuitatem maximum eſſe bonorum, quod nonnulli voluerunt, ut potius velut certum exitium horrere eam homines debeant. Hinc neceſſario artes prodiere, quarum unaquaeque vel incommodo levando, vel libidini ex-

plendae, quae & dolor quidam eſt, comparata, & inſtituta fuit. Cum vero nullus adverſa valetudine dolor acrior, aut incommodum gravius afficere hominem poſſit, omnium maxime quae ſolerti ingenio excogitata ſunt, ſemper, & ubique Medicinam deprehendimus mature, & ſedulo excultam, cuius ope labefactus vigor reſtitueretur. Multiplici tamen, & longa obſervatione opus fuiſſe exiſtimandum eſt, unde praecepta ad artem efformandam elicerentur, ideoque non una aetate, nec a paucis hominibus, ſed ubi diuturna felicitas, & res puplica recte conſtituta, atque opibus pollens literarum ſtudia fovere valuit, plurium ſaeculorum conatu, & induſtria, Medicina inventa, & aucta fuit. Cuiusmodi ea fuerit apud vetuſtiſſimas gentes, quarum monumenta periere, etſi non omnino cognoſcatur, coniicere tamen eſt non admodum fuiſſe abſimilem ab ea, quam nunc habemus; non enim commentis hominum nititur, ſed veritate, ideſt rerum natura, quae ſedulo inquirentibus tandem ſe ipſa prodit. Innumerae ſunt cauſae quamobrem gens una ſaepe ingenii gloria omnibus antecellat, quas recenſere non eſt huius loci; at omnium certe quot novimus

po-

populorum Graecos ſolertia ſcientiaque praeſtantiſſimos fateamur oportet. Quorum ſtudia a Romanis maioribus noſtris ob regionum fortaſſe propinquitatem, & aut bello, aut pace conſuetudinem olim recepta, & exculta, & una cum eorum imperio, & ſermone late per terras diffuſa, ad nos usque manarunt. Ideoque Europa longe plus quam reliquus orbis optimis artibus, & diſciplinis, etiam nunc ornata eſt, & inſtructa, quae Graecam omnes originem agnoſcunt. Triginta ferme ſunt ſaecula, ex quo Medicinam primum Graecos excoluiſſe compertum habemus, adeout per centum omnino, & quinquaginta hominum ſoboles, quaſi per manus tradita ad nos devenerit. Quamquam vero non unaquaeque progenies pari eam ſtudio proſecuta fuerit, ſed perpaucae admodum aetates longe diſtantibus temporibus aliquod ei incrementum attulerint, in multiplicem adeo rerum cognitionem Medicorum ſcientia exolevit, totque praeclaris artium inventis ad morbos noſcendos, aut curandos utitur, ut vere medicus homo, vel permagno aliorum coetui doctrinae laude comparandus videatur. Non enim ſatis fuit Medicinae profeſſoribus malorum genera, quibus

humanum corpus afficitur, & auxilia, quae probavit uſus, addiſcere; ſed ſecundae, & adverſae valetudinis cauſas in obſcuro poſitas inveſtigandi cupidine incenſi, altius quaedam agitare conati, rerum quoque naturae cognitionem ſibi vindicaverunt. Etſi vero in hac parte ſapientiae parum fortaſſe profecerint, cum abditae morborum origines liquido intelligi nequeant, ut olim animadvertit ſummus philoſophus, & medicinae peritiſſimus Democritus; non ideo tamen abſiſtere incepto continuo territi ſuſtinuere. Verum cum nihil ad rerum naturam detegendam magis conducere viderent, quam ex rebus per ſe inveſtigatis maximam materiam ad occultarum cognitionem afferre, & peculiaribus obſervationibus quam plurima comperta habere, ut eſſe aliquando inſtrumento poſſint ad eliciendam ubique veritatem, improbo & conſtanti labore plura ſimul & graviſſima ſtudia aggreſſi ſunt. Hinc incidere corpora mortuorum, eorum viſcera, atque inteſtina diligentiſſime ſcrutari, &, ut admirabilis fabrica membrorum hominis apertius intelligatur, vivas animantes inciſas conſiderare, & ſubtiliſſima plantarum vaſcula. Et quoniam ubique liquores canalibus influentes de-

deprehenduntur, vel ſolidarum partium niſus, oportuit movendi, & reſiſtendi vires metiri, adeoque altiores diſciplinas, a quibus haec & acutiſſime, & abſcondite diſſeruntur, medendi ſcientiae ſuppetias ferre. Cum autem non tantum corporis actiones, & morborum cauſae explicandae, ſed & omnium, quae nos quoque modo afficiunt, & unde remedia petuntur, naturae noſcendae viderentur, & tota naturalis hiſtoria excolenda fuit, & Chemia, admirabilis illa ars paucis ante nos ſaeculis exorta, traducenda ab inanibus, quibus diu implicita fuit, aurum faciendi tentamentis; ad corporum omnium, quae ſenſu percipiuntur, & coerceri poſſunt, elementa reſolvenda, & vires inveſtigandas. Quae quidem naturae rerum contemplatio ita valet ad artificis ingenium excitandum, ut minime mirum eſſe debeat ſi philoſophiae univerſae neminem aptiorem medico liceat invenire. Vnde vetus conſuetudo eſt iam usque a Graecis ducta, eaque nobiliſſimi huiuſce, celebriorumque Europae gymnaſiorum firmata conſenſu, ut Medicina ſapientiae pars habeatur, & utriusque inſignibus tirocinio functi adoleſcentes ornentur. Sed cum ea, quae ab antiquis olim, vel nuper a vici-

nis

nis gentibus, ingenio claris, & literarum gloria, quae diu tota noſtra fuit, inventa, & memoriae tradita ſunt, libris non uno ſermone ſcriptis contineantur, medicos oportuit plures linguas ediſcere. Graecam quidem praecipue, a qua omnis doctrina & initia accepit, & plurima habet nomina, & cuius ope Medicina maxime increvit ob diſertiſſimorum hominum monumenta, & avorum noſtrorum memoria ab illuvie, & ſitu purgata fuit, quibus a barbaris obruta diu neglecta, & immunda iacuerat. De Latinis vero literis ſupervacaneum eſt dicere, quarum laus haec ſingularis, quod univerſum terrarum orbem pervaſerint, ut longe remotae gentes, quas inter nulla unquam fuit, aut ſermonis, aut legum, aut morum, victusque communitas, facillimo nunc negotio latine ſcribentes meditationes commutent, unaque poſſit Latina cenſeri a communi humani generis lingua minime abeſſe. Huius vel maximus in Medicina uſus eſt, cum perpauci admodum ſint e ſapientiae profeſſoribus, qui non putent, ut eſt, rerum naturam invenire difficile, ita nefas eſſe ubi invenerint in vulgus emittere. Cum ſaepe luſtraverim animo admirabilem hanc compoſitionem diſciplinae,

in

in eam ſententiam adductus facile ſum, quam nonnullis clariſſimis viris videram placuiſſe, medicos ſcilicet, ut aliis fortaſſe liberalium doctrinarum ſectatoribus opibus & auctoritate concedant, ſibi certe maximam multiplicis eruditionis laudem iure quodam proprio vindicare. Quod ſi tanto opus eſt inſtrumento in medicinae ſcientia comparanda; tanto concurſu honeſtiſſimorum ſtudiorum, tanto artium comitatu, cui quaeſo, Auditores, ſalutaris haec profeſſio non videatur maximo eſſe hominibus emolumento? Non hic memoro quae Medici docti ſermones utriusque linguae iuvandis literarum ſtudiis effecerint, cum manibus omnium terantur antiquorum ſcripta vel ab iis edita, vel enarrata. Neque de commentariis eorum verba faciam, quibus ſigna, numiſmata, caelata opera, aliaque praeclara antiquitatis monumenta diligentiſſime explicata ſunt, quorum uſum atque praeſtantiam noſſe nobilibus ingeniis digna nunc merito doctrina exiſtimatur. Haec licet magna, & ad hiſtoriam illuſtrandam apprime facientia, videri tamen alicui poſſint feſtiva, & venuſta, & eorum, qui eruditos oculos habent, oblectamenta, in humanam vero felicitatem minime conducere. Hanc igitur tantum

tum in animo habentes perpendamus oportet, quid ad eam conferre valeat una aut altera ex iis diſciplinis, e quibus conſtare vidimus Medicinam. Animadvertite quaeſo auditores, quanti hominum referat, vel unius rei naturam, & vires indicare. Exemplo ſint Americanae gentes, quas duobus ante nos ſaeculis popularis quidam noſter primus adiit, ſuoque nomine appellavit. Quamobrem iis nullae fuerint utiles artes, nulla fere vitae commoda, omnium feracem terram incolentibus, non aliam cauſam invenio, quam ignoratam ab iis viliſſimi cuiusdam lapidis, ferri ſcilicet naturam. Quidquid libeat de ingeniis hominum, & praeclaris artium inventis ſentire, in hac noſtra orbis terrarum parte, ubi rerum ad uſum copia, & naturae cognitio certare videntur, ſi ferrum omnino in deſuetudinem veniret, non dubito quin paulatim in ſqualorem, paupertatem, & inſcitiam priſcarum Americae gentium laberemur. Adeo ut qui ferri primus monſtravit uſum de hominibus optime meruiſſe, vere parens artium, & auctor opulentiae cenſendus videatur. Stirpium naturam cognoſcere, nervos eſſe atque artus agriculturae quis non videt, qua nihil melius, nihil uberius,

nil

nil aeque univerſo hominum generi ſalutare, & ſine qua longe quam millies minores e terra fructus perciperentur. Ab animantibus vero innumera ſunt hominibus auxilia, alimenta, veſtes, inſtrumenta ad belli, & pacis opera; oblectamenta, & laboris ſolatia. Quorum omnium etſi praecipuos uſus iam longa aetas oſtenderit, multa tamen ſunt minuta, & abſcondita, quae ſingulari ſedulitate detegi poſſunt ab iis tantum, quorum opera, & ſtudium in hiſce verſatur, & quae artium facultatem mirifice adaugeant. Quam multa a medicis conquiſita, & collecta ſunt de omnium animantium genere, ortu, membris, aetatibus! quam multa de ſtirpium natura, omniumque fere rerum, quae gignuntur e terra, cauſis atque rationibus! Vt autem facile appareant commoda, quae ſola Chemia vitae, & luxui afferre poſſit, ſat erit animadvertere multas easque nobiliſſimas artes ab ea ſumere materiam, & operationes, & inſtrumenta. Haec pictores aptiſſimis ad colorandum pigmentis inſtruit non aliter parandis; haec lanas, & ſerica fulgentiſſimis, diuque haerentibus coloribus imbuere docuit; haec vitra elegantiſſima conficere, quibus nil ſplendidus, nil ad arcendas aeris iniurias ap-

 tius,

tius, nil ad munditiem accomodatius. Chemiae ope funduntur metalla, ducuntur, & in uſus humanos molliter formantur, eſculenta, & multiplices variaeque potiones facillime parantur, & conſervantur. Quae omnia nullo negotio a Chemia perficiuntur poſtquam a medicis pertractata ea luce gaudet, ad quam illorum ſtudiis evecta eſt ut Philoſophiae, & Medicinae potiſſimum, ut facit, inſerviret. De Mathematicis diſciplinis, quas excolere medicum oportere diximus, cum tota Medicina, quae chemia non eſt, in doctrina motuum & ponderum verſetur, diſſerendum hic non puto, quanti ſcilicet ad opera hominum ſint adiumenti; peculiari enim bono Etruriae fato contigiſſe video, ut nullus fere ſit e noſtris adoleſcentibus, qui ſe literis ſedulam navare operam profitentur, qui doctus non ſit geometriae ſaltem elementa. Adeo firmiter noſtrorum hominum animis tandem fauſta haec inſedit opinio, rudem, & expertem geometriae, ineptum omnino eſſe cuiuscumque generis meditationibus. Animadvertere tantum hic non fuerit alienum, maximam, & veterem Medicinae intercedere cum mathematicis diſciplinis neceſſitudinem, ideoque plurimos, utrarumque laude inſignes viros,

ros,

ros, & antiqua, & nuper elapſa praeſertim aetas vidit. Inter quos duo potiſſimum memorandi veniunt ſui ſaeculi ornamenta, & celeberrimae huius ſcholae clariſſima lumina, Galilaeus, eique longo proximus intervallo Borellius. Quorum ille Medicinae primum deditus, abreptus continuo fuit ad edita illa ſapientum templa inſatiabili quadam e cognoſcendis rebus voluptate; alter ad explicandas naturales corporis actiones, in quibus diu fruſtra laboraverant medici, primus lucem praetulit, & ſecurum iter aperuit. Quae quidem omnia ad hominum felicitatem plurimum facientia ut non ſint ipſa Medicina, videtis tamen, Auditores, iis ſtudiis inniti, quibus eſt medendi ſcientia conſtituta, ideoque aſſerere non dubitaverim eas gentes opibus praepollere, & vitae commodis praeſtare, in quibus & plurimi, & ſolertiſſimi Medicinae dent operam. Quantum autem emolumenti ex his ſtudiis ars ea ſalutaris accipiat, quae morbis auxiliatur, & ad quam univerſa Medicina collineat, neminem dubitare credideram aliquando. At ſentio, & doleo, veterem parentis Hippocratis querimoniam haberi quodammodo & noſtris temporibus poſſe, Medicinam artium omnium praecla-

riſſimam ob artificum inſcitiam, & eorum, qui hos iudicant, temeritatem, iam ceteris artibus longe poſthabendam. Non deſunt qui ſe medicos profitentes non ſolum medicamentis, aut incuria, necem plerumque civibus afferunt, ſed quaſi funeſto in eos odio flagrarent, in lethalem errorem rapere omnes conantur, multiplicem doctrinam eſſe Medicinae detrimento. Quodque mirum videatur ſententiam ratione firmare ſatagunt, tanta eſt hominum ſtultitia, quae eam maxime labefactare deprehenditur. Dicunt enim ſolum uſum oſtendere quomodo ſit morbis medendum. Non equidem inficior plurimum in omnibus artibus valere uſum, eoque potiſſimum naturae cognitionem comparari, immo & prima ſciendi initia a ſola experientia proficiſci. Videndum tamen eſt num quid praeterea opus ſit, ut rite experimenta quaevis obſervare valeamus. Verſantur omnium oculis ſidera, aeternamque pulchritudinem oſtendunt, ſed quis quaeſo diſcreta ſpatia, orbium magnitudinem, circuitus, tempora, concurſus novit, praeter eum qui ſolerti inſtructus ingenio, & graviſſimis diſciplinis excultus, coelum percurrere animo aggreſſus eſt? Cum tot ſint mala, quibus humanum corpus af-

afficitur, tam multa ea praecedant vel conſequantur, tanta inſit varietas, & ſimilitudo, tamque celeriter praetereat occaſio, cuiuscumque vel rudis ingenii eſſe exiſtimabimus, continuo quid rei ſit iudicare, & inter innumeras obſcurasque notas certam morbi cognitionem elicere? Cumque tot remedia, & medendi modos variis aetatibus multae gentes expertae ſint, cum differant pro natura locorum genera Medicinae, nil intereſſe putabimus ſi eum, qui aliquid tentaturus eſt, & auxilii origo, & hiſtoria non fefellerit? Quod ſi quis aeque ad experiendum aptos rudes doctosque medicos contendat, an pari eos ſtudio experimenta perſequi dicet, quorum hi rerum occultiorum contemplatione ſemel illecti labores, & pericula libentiſſime obeunt, illorum contra ingenia, cum ſint obviis paucisque rerum formis contenti, vel ſomniatis viribus creduli, incultu ſocordiaque torpeſcunt. Sint vero pariter, & uſui idonei, & exercitati, rudes doctique medici, quod tamen longe ſecus eſſe oſtendimus, acris illa mentis vis, &, ut ita dicam, ſagacitas, cuncta celerrime cogitans, & illico quod probandum ſit maxime in unaquaque re diudicans, nemini dubium eſſe poteſt quin exerci-

citatione, & conſuetudine iudicandi augeatur. Quam quidem animi facultatem maxime vigentem medico opus eſſe liquido apparet, quod medicina tota ſit ars coniecturalis, neque reſpondeat ei plerumque non ſolum coniectura, ſed experientia. Is vero hac mentis virtute praeſtare exiſtimandus erit, cui plurima dabitur occaſio probabilitatem aeſtimandi in his, quae intelliget; is ſcilicet, qui ſaepiſſime meditatur, totusque eſt in explicatione naturae. Doctus igitur medicus longe quam rudis ad experiendum aptior, ad plura exploranda ſolertior, peritiam adhibendam inſtructior deprehenditur. Hinc eſt fortaſſe, quod mirifici iſti ſapientiae obtrectatores tutam per experimenta veritatis inveſtigationem neglexerint, totque futiles ſententias medendi ſcientiae miſcuerint, vitrea fracta, & ſomniorum interpretamenta. Vera Medicina, quae morbos curat, iis omnibus nititur, quae nobis ſunt ſuperius expoſita. Quae cum ſint tantae hominibus utilitati, minime mirum eſſe debet, ſemper egregium medicis honorem privatim & publice habitum fuiſſe precibus, obſequio, muneribus, inſignibus, imaginibus. In veterum libris memorantur ampliſſimae mercedes, quibus a

Grae-

Graeciae populis, ab Aſiae Regibus, a Romanis Principibus conducebantur Medici; & immenſae propemodum opes, quas eorum aliqui adepti ſunt. Audivimus quam ſplendide, quam erudito luxu nonnulli vixerint illuſtres medici, e quibus unum liceat honoris cauſa nominare, huius praeclarae quondam Academiae ornamentum Hieronymum Mercurialem, cuius omnia magnifica, & fere privatam conditionem excedentia celebrantur. In noſtramet Vrbe novimus laudabiles ſibi quosdam fortunas ſola medicina paraſſe; & in beata Britannia vidi medicos, quorum ſi domos apertiſſimas, maximeque hoſpitales, lautas epulas, refertiſſimas bibliothecas, pretioſa cimelia, munificentiam, & literarum, & artium patrocinium ſpectemus, non ipſi artifices, ſed regum aemuli videantur. Neque divitiae ſolum oſtendunt, quanti facere cogantur homines Medicinam, ſed & inſignes familiaritates, quibus principibus viris coniuncti clariſſimi plerique medici fuere. Celebratur audax illa Alexandri de medico fiducia, quo etiam amico ſummo uſus eſt, notique regum, & optimatum neceſſitudine, convictu, & hoſpitio, non minus quam doctrinae gloria, Eraſiſtratus, Herophilus, Aſclepia-

piades, Muſa, Galenus. In ipſa noſtrorum Principum aula doctiſſimos medicos novimus, & in edito ſemper honoris loco, & in lauta, ac bene aucta parte fuiſſe. Nec praemia tantum, & cultura potentum amicorum ſunt Medicis delati honoris argumenta, ſed imitatio quoque ſtudiorum, qua multi e ſummis viris delectati ſunt vehementiſſime, iis probari artem oſtendit. E ſapientibus quidem excoluiſſe Medicinam compertum habemus praeclariſſimos quosque, Pithagoram, Democritum, Platonem, Ariſtotelem, e regibus Achillem, eiusque affinem, & gloriae aemulum Alexandrum, Dionyſium ſeniorem, Mithridatem, Attalum, Iubam, & quod mirum fortaſſe videatur, ab ipſo M. Catone pertractata fuit, cuius auctoritati Triumphus, atque Cenſura minimum conferunt, tanto plus in ipſo eſt, & cuius tamen ſeveriſſimi ſenis etiam num exſtat acerbum de medicis iudicium. Scio equidem nonnullos probrum obiicere Medicinae, quod ſolam hanc Graecarum artium exercere Romana gravitas non tulerit, eamque pauciſſimi Quiritum attigerint. Verum ſi dicere fas eſt quod ſentio,glorioſiſſimae gentis venia, hoc ideo factum eſſe crediderim, quod nimium ſubtilibus, longisque

que diſciplinis Medicina conſtaret Romanorum ingenio minime aptis, quibus datum a natura fuerat non vincere ſcientiae laude, ſed regere imperio populos, & morem pacis imponere. Honores vero Medicinae publice habitos recolenti, occurrit ſtatim Aeſculapius, qui quoniam adhuc rudem, & vulgarem hanc ſcientiam paulo ſubtilius excoluit in Deorum numerum receptus eſt. Hippocrati civitatem, coronam auream, & victum ei poſterisque publice dandum, quin & divinos honores, quos Herculi decreverunt Athenae. Viſuntur & hodie numismata a Cois percuſſa, vultu Hippocratis inſignia, pluraque a Smyrnaeis, illuſtrium medicorum nomine ex Eraſiſtrati ſectatoribus, quorum apud eos gymnaſium quondam nobiliſsimum fuiſſe memoratur. Antonium Muſam Romani annulo aureo donarunt, eique ſtatuam aere collato iuxta ſignum Aeſculapii ſtatuerunt. Non hic recenſendas puto immunitates Medicis Rerum publicarum decretis, aut Caeſarum conſtitutionibus datas, & privilegia irrogata, quae videre eſt in Iuriſconſultorum libris. Nec vos praeterit Arabum Reges, penes quos aliquando terrarum imperii pene ſumma fuit, maximi feciſſe

ciſſe medicos, quorum & conſiliis, & miniſterio uſi ſunt, nec affinitatem refugerunt. Quae de utilitate Medicinae, & dignitate diximus, Auditores, ea forte ſunt, quae ſolertes animos ad eius ſtudium capeſſendum allicere valeant; at incredibilis quae inde uſurpatur voluptas, mirum quam vehementi ſit incitamento vel ſola ad longam difficilemque artem adipiſcendam ſummis ingeniis, & praeter laudem nullius avaris. Sentiunt omnes innata quadam animi vi pulchritudinem, ideſt voluptatem ex rerum unitatis ſimul & varietatis contemplatione percipiunt. Quae quidem unitas atque varietas propemodum ad infinitum perductae in maximis mundi partibus eniteſcunt, & mira rapiunt dulcedine terrae coelique menſorem, ita ut ei longiſſimae ineundae & ſubducendae rationes iucundiſsimae videantur. Nec minus illa ſimilitudine & varietate conſtans forma reperitur in minoribus naturae operibus, ut videre eſt in arborum & herbarum innumeris fere generibus, in quibus tamen admiranda ineſt congenerum naſcendi, fruticandi, ſtructurae, coloris, ſeminum ſimilitudo. Animantium vero quanta varietas eſt in figuris in his, quae intus incluſa ſunt, in motibus, cum tamen uni-

unitas maxime appareat in deſcriptione vitalium viarum, & reſpiraminum, totque motus, atque conatus ſola muſculi contractione perficiantur. Hanc quidem in omnibus naturae pulchritudinem non poteſt non habere ob oculos quotidie medicus, qua fit ut in graviſsimas meditationes, & labores iucunde & alacriter incumbat. Si vero ſit illi vehemens cognitionis amor, omnium mentibus inſitus, quo non aeque tamen omnes agi videmus, dici non poteſt quanta perfundetur voluptate e cognoſcendis abditis rerum cauſis, quas ad rem medicam pertinentes diſciplinae demonſtrant. Quod ſi ita eſt ut Medicina tanto ſit ſtudioſis & oblectamento & honori, & rei publicae utilitati, pergite, ut facitis adoleſcentes, atque in id ſtudium, in quo eſtis, acriter incumbite. In eo certe gymnaſio degitis hoc temporis, quod ingenuis artibus, ſtudiisque literarum dare decreviſtis, quo nullibi terrarum aptius eſt ad doctrinam facillime quaerendam. Non tam quod Principum noſtrorum munificentia bibliothecis, horto, theatro inſtructum, ſed quod plurimi intereſt, eorumdem providentia, doctiſsimorum hominum delectu refertum ſit. Quorum ſapientia ſumma eſt comi-

tate

tate coniuncta adeo ut eos conveniendi, & rogandi vobis ſemper pateat occaſio. Horum exemplo, praeceptis, conſiliiſque debeo, quod nobiliſsimam medendi diſciplinam ſingulari quodam amore ab ineunte aetate proſecutus fuerim, quo iucunde impulſum me ſentii, ut nonnihil ad eam aſſequendam ſtudii, & induſtriae afferrem, atque iter libenter ingrederer, quo iam aliquem apud exteras gentes, & ampliſsimum nunc domi honorem ſumma optimi Principis liberalitate nactus ſum. Mihi ſane nihil obtingere poterat optatius, quam clariſsimo huic coetui adſcribi, ſplendidoque huic muneri praeponi ducendae per longum & difficile Medicinae ſtudium Etruſcae Iuventutis. Quibus quidem partibus implendis, ut vires mihi fortaſſe non ſuffecerint, voluntas certe unquam, & ſedula opera non deerit.

FINIS.

151